VOTVM DAVIDIS:

SEV,

OFFICIVM BONI MAGISTRATVS ET PATRIS-FAMILIAS,

SEPTVAGINTA DVOBVS

distichis generaliter atque τύπῳ, non κατ' ἀκρίβειαν delineatum.

Cum adiunctis Notis & ad eas Appendice.

AVTHORE

Caleb Dalechampio Sedanensi, S. Theologiæ Studioso & in Artibus Magistro.

Theodor. l. 8. de prouid. bonum Magistratum in Ioseph. depingens.

Τοῖς θρόνοις οὐκ ἐπαίρεται, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν ὑποδύεται πραότητι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἡμερότητι διέπουσι.

S. August. de Ciuitate Dei l. 19. c. 16.

Ex lege Ciuitatis præcepta sumere Patrem-familiæ oportet, quibus domum suam sic regat, vt sit paci accommodata Ciuitas.

Chilon apud Plutarchum in Conuiuio 7. Sapientum.

Δεῖ μάλιστα βαπλεκομένη πόλει προσοικεῖν τὸν ἴσον.

LONDINI,
Excusum per *Gulielmum Jones*.
M.DC.XXIIII.

65-33

Sayle 9347

QVemadmodū ſpiritus noſter clariorem ſonum reddit, quum illum tuba per longi canalis anguſtias tractum, patentiore nouiſſimè exitu effundit; ſic ſenſus noſtros clariores arcta carminis neceſſitas efficit: eadem negligentiùs audiuntur, minùſque percutiunt, quandiu ſolutâ oratione dicuntur: vbi acceſſere numeri & egregium ſenſum aſtrinxere certi pedes, eadem illa ſententia velut lacerto excuſſa torquetur.

Marcianus Heracleota initio περιηγήσεως ſuæ, de quodam qui carmine quæ editurus erat in lucē complecti maluit quàm ſolutâ oratione, non aliam magis ob cauſam quàm vt memoriæ legentium conſuleret.

Πάντων ὀλίγιστον τῶν χύδην εἰρημένων,
Μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκπλέναι προθύμετο,
Εὐμνημόνευτον ἰσομένην ὕπνου ὁρᾶν.
Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀναλαβὼν φέλοι φέρειν
Σύλλογ' ἀλυμάτων πλῆθος, οὐκ ἂν εὐχερῶς
Τόπων κρατήσας δεδεμένων δὲ ῥᾳδίως.
Οὕτω λελυμένη λέξει ἀναλαβεῖν ταχὺ
Οὐκ ἔστι, τῷ μέτρῳ δὲ θελκυσμένη
Ἔστι καταισχεῖν εὐκόπως ὑπνώσας.

Tantum interest inter metricum sermonem & solutum, quantum inter ligna soluta & vinculo colligata; nam vt ligna in fascem collecta multò sunt portatu faciliora quàm sparsa & soluta, sic sermo metricus quàm metro carens, multò citiùs memoriæ traditur atque commendatur.

Quintil. Instit. Orator. l. 11. cap. 2.

SIcut faciliùs versus edisci mus quàm prosam oratione, ita prosam vinctam quàm dissolutam.

NATALIVM

NATALIVM

SPLENDORE AC MVLTIPLICI VIRTVTE INCLYTO Domino Matthæo Bointonio Equiti Baronetto S. P.

Dignissime Honoratissimeq; Domine,

INter fidelem fidumque Magistratum ac pium Patrem-familiâs, maximam cognationem amicissimamque conspirationem intercedere, satis indicat Psalmus primus supra centesimum: qui, si quis alius Scripturæ locus, viuam vtriusq; Officij ideam, expressamq; diuino penicillo effigiem exhibet. Hinc factum vt à multis pietate & doctrinâ insignibus viris, eius expositio non vno idiomate conscripta fuerit & oblata variis Magistratibus, cùm supremis tum sub potestate constitutis, simul atque ad illos Honoris gradus euecti sunt. Nimirum vt hoc pacto muneris sui numeros omnes facilius implere, Spartamque suam commodius ornare discerent. Inter eos autem Scriptores qui rei Christianæ bono operam illã præstiterunt, haud postremas tenent Iunius, Mornæus, Wilcoxius, Hakwillus: quorum primus illus-

ὧ δὲν διαφέρει ἄρχων ἀγαθὸς ἀγαθῷ πατρός. Xenoph. παιδ. 8.

illustrissimo Friderico quarto Septemuiro idiomate Latino; secundus Henrico Magno sermone Gallico; tertius fortissimo Essexiæ Comiti sermone vernaculo; postremus Celsissimo Principi Carolo, patriâ itidem linguâ suas in hunc Psalmum lucubrationes nuncuparunt. Cùm igitur nostrates ac vestrates priùs in hoc stadio cucurrisse viderem, eodem modo quosdam spectatæ pietatis ac eruditionis viros alloqui cæpi, quo inuenis ille Ioabum olim est affatus,

2.Sam.18.22. quid si & ego post ipsos excurram? qui cùm annuerent, & hanc commentationunculam Domi Tuæ, vbi ferè quinquennium egi, factam approbarent, prodromos illos vt in componendo & dedicando, sic & in euulgando visum est æmulari: quamuis omnifariam tantum illis cedam,

Quantum lenta salix pallenti cedit oliuæ,
Aut canib' catuli cedunt, & matrib' hœdi.

Neque verò propterea quicquam causæ est cur arrogantiæ vanitatisue me quisquã insimulet, eò quòd tantillus tantos imitari, & post Homeros Iliada scribere tentarim. Nam & apud pœtam reprehensione vacat puerulus qui ——— sequitur patrem non passibus æquis: & magnorum virorum, quãuis paruam in re bona imitationem non exiguâ laude dignam esse affirmat is, cui admiranda in Mysteriis Theologicis peritia, tam honorificum illud Theologi peperit cognomentum. Adde quòd vtile

Aeneid.2.

Οὐ μὲ μικρὸν τοῖς ἀνδράσι τὸ μικρὰ τῶν μεγίστων μιμήσις.

Naz. Orat. in obitum Basilij.

est

esse plures à pluribus, etiã de quæstionibus eisdem, fieri libros diuerso stylo non diuersa fide. Aug. de Trinit. l. 1. c. 3.

*Formâ autem, styloque à præcursorum diuersis ad eundem, quem illi, scopum collimauit: fusiorem nempe duplicis eius officii descriptionem quod inimitabili breuitate Dauid delineat, & quo se fideliter defuncturum Iehouæ solenniter vouet: illi Prophetæ vestigia premunt, & intra ordinē illius verè Regii, Spartanoq; * nummo planè dissimilis Psalmi se continent; quod contrà ego: illi solutâ oratione vtuntur; ego verò ligatâ, ob rationes suprà citatis Senecæ & Quintiliani testimoniis cõtentas. Notas tamen addidi (magis amplificationis quàm interpretationis ergô) prosâ oratione scriptas, quæ satis commodè non potuerunt versibus à me comprehendi. Porrò etiamsi nihil nisi generalitatem in fronte pollicear, nihilominùs intra limites eius haudita me continui quin ad particularia * quandoque descenderim: quod etsi non fecissem, tamen illud tritum, qui versatur in generalibus, versatur dolosè, mihi iure merito, quippe aliò spectans, obiici non posset. Præterea, omnis generis exempla præceptis frequenter adiunxi, quæ plurimum solent habere si non authoritatis ad probandum at iucunditatis ad audiendum, at saltem momenti ad persuadendum, si non necessitatis ad concludendum. Denique Scripturæ testimonia nullibi non adduxi, & tum ea quæ cito, tum ad quæ duntaxat*

* Quem mole quidem ingentem, sed precio vilem fuisse ferunt. *Vt monetæ illa optima quæ pretij multum habet in parua mole; sic sermo qui sensus.* Plut. in Phocione.

* Præsertim nota 18. & 19. & in Appendice. Cic. Actione 5. in Verrem. *Instruendæ autem rei exemplis illustribus, nec semper consequentibus ad vsum.* Sen. Epist. 83. De vtilitate exemplorum vide quæso Chrysost. homil. contra ignauiam tomo 2. & Pet. Martyr. Loc. common class. 1. c. 6. num. 24.

nixas alludo, in margine plerunque annotaui, licet Tui respectu minime fuerit necesse: cui quidem certò sciam vniuersa Dei Oracula cũ doctissimis Iunii & Bezæ notis, tantũ ferè diligentiâ voluptateque perscrutari, quantũ in iisdem cũ Ordinariâ Glossâ euolnendis; celebris ille Rex Arragonum Alphonsus adhibuisse perhibetur. Qualis qualis autem sit, & quomodocunque ab alijs tractetur hic ingenioli nostri fœtus, Tibi Generoso humanissimo non ingratus hospes, spero, futurus est. Quem enim recèns natum, & fasciis à parente suo festinanter contextis inuolutum, benignâ mente manuque excipere, ac suaui beneuolentiæ aurâ afflare dignatus es, eundem iam sexennem, staturâ & viribus auctum, ac typographicâ veste amictum quomodo repelleres? Accipe igitur, Eques optime, & patrocinio Tuo, submissimè rogo, cõplectere hoc quantulumcunque munusculum eius, qui nihil aliud abs Te petit quàm hoc vnum, quod à Timotheo Paulus expetiit, in Paulino Hieronymus extollit: Hæc meditare, & in eis insiste, vt notum fiat omni homini quòd proficias. Cúmque in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas: quique non desinit Te Tuosque commendare Deo & sermoni gratiæ ipsius, qui potest ædificare vos, & dare vobis hæreditatem cum omnibus Sanctis.

Quater et decies vniuersa Biblia legũt cum glossis et commentarijs, refert Antonio Ilurmirã. l. 2. de rebus gestis Alphonsi.

1. Tim. 4. 15.

Epist. 53. ad Paulinum.

Act. 20. 32.

Dignitati Tuæ Deuotissimus

CALEBVS DALECHAMPIVS.

AD GENEROSISSIMVM GENERE GENIOQVE VIRVM DOMINVM MATTHÆVM BOINTONIVM Equitem Baronettum creatum Londini anno Natiuitatis Dominicæ 1618, et Irenarcham Eboraci anno 1622. ætatis suæ 30. Gratulatio.

TEstibus (1) historijs quondã celeberrima Templa
Præ reliquis habuit Martia Roma duo,
Virtutis nomen quorum prius, alterum *Honoris*,
Sacra quibus fuerant, obtempsisse ferunt.
Sic structa, vt nullus Templum penetraret *Honoris*
Cui non *Virtutis* ianua pulsa foret.
Cùm multos igitur iam sit *Matthæo* per annos
Ardua virtutis semita trita Tibi,
Et bona condideris primo cùm semina vere,
Gentibus electus Doctor vt ille (2) monet,
Haud mirum si talis honos tibi contigit, et si
Aestate ætatis tam bona (3) messis adest,
Hunc titulum merito grator Tibi corde recentem,
Inferior meritis sit licèt ille tuis:
Nil dubitans quin sis olim meliore notandus
(Quo pede coepisti si bene (4) semper eas).
Autumnus cùm Te maturi ceperit æui,
Antéque quàm faciem ruga senilis arer,
Sume mares animos igiturq; iam contrahe quicquid
Martis et artis habes vt venerere Deum.
Rex puer (5) ostennis, Dauid, Fridericus et Heros
Te moueant, somnos (6) excutiantque Tibi.
Propter ouile Dei purgatum sordibus, *illum*
Laudibus ad Cœlum pagina sacra tulit:
Iste reformauit Regni Diademate sumpto,
Quæ fuerat vitijs commaculata, domum.

2. Reg. 22. et 23. et 2. Chron. 34.

Huius erat rerum poscentis maxima cura,
Vt sua seruiret nobilis Aula Deo.
Inde (7) petitulus, maior (8) quo nullus ab Ortu
Solis ad Occasum iure tributus ei.
Iosiæ proposito stabili Tibi vellicet aurem,
Vellicet, vt tanti facta sequare viri.
Nulla dies vel nox abeat quin personet aures
Illius haud vllâ (9) vox peritura die.
Exciret et Sancti factum memorabile Regis,
Vita tribus lustris (10) cui breuis aucta fuit.
Nouerat ille hominis genium Rex optimus, et quâm
Exempla ad quæuis impia (11) pronus eat:
Nec fas erat proprios maculis purgare penates,
Puraque placato munera ferre Deo:
Sed populis nondum sat mundis, ipse precatus
Pro veniâ legitur (12) supplice mente Deum.
Hos imitare vitos, Satanas licèt ore parenti
Frendeat: illius nec fera tela (13) time.
Sit Tibi per medias voc hæc infusa medullas,
Sulphureo *timidos* ignis in amne manet.
Apoc. 21. 8.
Virg. eclog. 3. *Sensibus hæc imis (res est non parua) repone*
2. Sam. 2. 30. Huic honor à Domino, qui Deum honorat, erit:
Et benè qui gradibus nolunt sublimibus vti,
Sæuius (14) accersunt in caput exitium.
Mactè piâ virtute, pios pietate parentes
Vince tuos et auos, (15) sicut honore facis.
Cùm prælarga Dei tantis Te dextra beauit
Muneribus: quod amas, dilige (16) propter eum.
Dum vires, animique (17) vigor finit, esse memento
Subliciumque bonis, (18) supplicumque malis.
Vide not. 19. Fac tua magna domus sit Christi (19) Ecclesia parua,
In quâ vera fides, verus (20) amorque micent.
Fac vigeat Regnum Domini nos inter et (21) intra,
Teque Dei Zelus iugiter Ædis (22) edat.
In primis per facta magis quàm verba docere
Perge tuos: censent illa sequenda (23) magis
Virtutem melius disci, citiusque doceri

Exemplis

Exemplis, meritò (24) *Portius* ipſa docet. Sen. epiſt. 6.
Profuit exemplis populo cui præfuit omni,
Qui legitur (25) cordi perplacuiſſe Dei.
Exemplis docuiſſe ſuos (26) *Aquila altera Mundi*
(Vt forti dicam de (27) Gideone nihil)
Dicitur: ad Martis molimina grandia dictis
Non tantùm ſuaſit, ſed ſua (28) facta dedit.
Quemque libris Vates bis ſenis vexit in aſtra,
Is (29) docuit natum re magis, ore minùs:
Diſce quid is, famam cui debet (30) Bilbilis, inquit: Martial. l. 8.
Principia eſt virtus maxima, (31) *noſſe ſuos*: epig. 15.
Ergo pios noris ſeruos dignoſcere ab illis,
Quos Scriptura malo ſtigmate Sacra (32) notat.
In mentem reuoca, Pharios quæ dicta Tyranno
Reddiderit fidei qui Patriarcha fuit. Gen. 20. 11.
Quiſquis enim ſanctæ Legis mandata priora
Deſpicit, is nihili (33) poſteriora facit:
Quique timere malum quoduis non nouit ab illis
Qui temnunt Cœlum, *naviget Anticyram.*
Maxima quæque domus ſeruis eſt plena (34) *ſuperbis*: Iuuen. ſat. 3.
Maximus ante annos mille poëta canit.
Huic caueas ne ſit domus hæc obnoxia morbo,
Nominis et famæ non ſine (35) labe Tuæ.
Rari (36) quippe boni ſunt ſerui, vix totidem ſunt,
Quot Thebæ portas: oſtia Nilus habet.
Credibile eſt iuſtum famulos habuiſſe Noachum:
Credibile eſt ſeruis non caruiſſe Lothum:
Attamen ex illis ſeruatus ab igne vel vndâ
Cum Domino (fas eſt credere) (37) nemo fuit.
At multi Tubæ ſunt, peraulſique Gehazi, 2. Sam. 18. et 19. 2. Reg. 5.
Quos ſoler argenti * prodere ſacra fames. * *et perdere*: vt patet 1. Tim. 6. 9. prouerb. 15. 27. et 28. 20.
Parcere ſubiectis, et debellare ſuperbos
Dicitur in laudem Cæſaris atque (38) Dei: Aeneid. 6.
Semper in ore ſuo (39) *ter maximus* ille Monarcha,
Gallica quem nuper terra (40) beata tulit,
Hunc habuit verſum: ſed cum (41) duntaxat in ore:
Non habuit: factis præſtitit iſta ſuis.

Mancipijs;

Mancipijs Erebi, *procul hinc, procul este profani*
Dicere, Tu nunquam (43) dedecus esse putes.
Omnis ineſt multis cui mens ſinuoſa Mæandris,
(44) Exoſus cane ſit peius et angue Tibi.
Omnis (45) Anaxagoras à Te vulpeſque faceſſat,
Prou.20.19. Ipſa quibus nigra eſt nix mera, coruus olor.
Hos pariare tua ſolummodò viuere quadrâ,
Boiotoni generis gloria, floſque tui,
Spiritus in quibus eſt ſaltem (46) reprimens, et apertũ
A quorum vita (47) crimen abeſſe ſcias.
Terrenas (48) quot opes, Cœli quantumque fauorem
Apportet pia mens ſecum, vbicunque manet,
Præclaris multiſque docet liber ille ſacratus
Exemplis: talis ſeruiat ergo (49) Tibi.
Talis enim, ac talis tantùm eſt opus vtile ſerui,
Et niſi conuerſus nullus (50) Oneſimus eſt.
Si igitur tali (51) patris inſtar curâ et amore,
Filius obſequio debet vt eſſe Tibi.

Abſque (52) morâ his monitis morẽ gere: numinis alti
Gloria ſit vitæ (53) meta ſcopuſque tuæ.
Deut.28.11.12 Sic erit omnigenis donis vt terra poluſque
Prou.3.2 33. Oſtentent vires Te decorando ſuas.
magna cura magna merces eſt. Sic veneranda Parens, ſic chara pudicaque Conjux,
Saluſt. ad Cæſarem. orat.1. Indolis et pulcher filius eximiæ:
Exod.19.5. Sic tua poſteritas, inquam, ſic Tuque tuique
Mal.3.17. Summi eritis gemmæ deliciæque Dei.
Pſal.127.et 128. Sic erit vt tandem iucundo plurimus inſans
Te compellet aui nomine ſæpe ſui:
Denique res geſtas olim (54) meminiſſe iuuabit,
Et Tibi mors (55) munus quum morieris erit.
Hæc mea ſunt, ſed non tantùm mea vota, nec vnus
Hoc petit: vnanimis turba ſat ampla ſumus.

Ioh.31.2. Ioan.1.3. Eph.1.11. Pſal.103.20. O pater omnipotens, verbò qui cuncta creaſti,
Qui regis arbitrio cuncta creata tuo,
Cuius iuſſa cohors (56) alata capeſſere gaudet,

Cuius

Cuius et oranti flexile numen adest,
Cui secreta patent, et quælibet entia parent,
Cui facile est plusquam poscenius efficere:
Sancta Redemptoris propter promissa rogamus,
Vt placeat votis annuere hisce pijs.

Psal. 145. 18. Heb. 4. 13. Psal. 119. 91. Eph. 3. 20. Matth. 18. 19. Iohn. 16. 23.

At multis, *Illustris Eques*, ne Te moret, oro
Ne Tibi displiceat nostra Camœna rudis,
Sed nimis audaces eius sterilesque loquelas,
Pro bonitate tuâ consule, quæso, boni

Hæc vera, non blanda; in fibris nata, non in labris; obseruantiæ et amoris, non adulationis ergô composui, scripsi, et inscripsi Dignitatis Tuæ Studiosissimus.

C. D.

Excusatio breuitatis

Virg. georg. l. 2 v. 42. Trem. et Iun. præfat. in Ios. Horat. de Arte Poët. Lipsius præfat. in Politic. Sen. de tranq. c. 9. Tilen. præfat. in 2. Bellarm. Contro. gener. Callimachus apud Athen. initio lib. 3. Bonauent. Vulcan. annotat. in Callimachi Hymnum 2. ad Virgilium παρωδιά.

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.
Semper ad hominum scripta vel accuratissima aliquid amplè adiungi, detrahi, aut mutari potest.
Quicquid precipies, esto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Vt semen, quamuis exiguum, in bono solo sparsum facilè comprehendit et se explicat; ita breue monitum in bonâ mente.
Discentem onerat turba, non instruit.
Lacinioſa et suffarcinata scripta paucis vsui, pluribus sumptui, omnibus oneri sunt.

μέγα βιβλίον, μέγα κακόν.
— *ingens laudato pœma,*
Exiguum legito —
πᾶν γὰρ βραχὺ καλὸν, ἐὶ σαφές.

NOTÆ ADSVPERIORES VERSVS.

I. VIde Liuium l. 27. Plutar. in Marcello, & de fortunâ Rom. Valer. Max. l. 1. c. 1. Rosin. Antiquit. Rom. l. 2. c. 18.

2 Tim. 2, 22. Tit. 2, 6. II. *Iuueniles cupiditates fuge*, Item, *Adolescentes sint temperantes.* Ex quibus locis, sicut & ex istis, Iob. 13. 26. Psal. 25, 7. & 119. 9. Eccles. 12. 3. Ierem. 31. 19. colligimus præ reliquis hominis ætatibus adolescentiam varijs lapsibus esse obnoxiam, ad quos intus exstimulatur & foris allicitur,

Dum calidus feruet circum præcordia sanguis,
Atque ossa implentur succi, pinguisque medullæ.

Sen. in Thyeste. *Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt*: vt exemplo est Roboamus.

Gal. 6. 7. III. *Quicquid seminauerit homo, hoc & metet.* Quod diuinum Oraculum sæpe in hac vitâ, semper in futurâ verissimum esse comprobatur, iuxta hos versus:

Gloria virtutis comes est, vt corporis vmbra;
Et sequitur, vexatque malos infamia mores.

2 Cor. 5. 10. Matth. 25. 34. 41. *Quod sibi quisque serit mortalis tempore vitæ;*
Hoc sibi messis erit quum dicitur, ite, venite.

Matth. 24. 13. Gal. 6. 9. IV. *Non quæruntur in Christianis initia, sed finis.* Sola perseuerantia reliquarum virtutum est corona. Ne igitur benefaciendo segnescas. Nam diligentes Deum sunt vt Sol procedens in robore suo, et similes luci splendidæ pergenti lucere. Ne

Iudic. 5. 31. prou. 4. 18. vestigia

ve ſtigia premas Ephraimi vel Iudæ, quorum bonitas erat tanquã matutina nubes, & ros manè ſtillans: nec inſipientium illorum Galatarum, qui ſpiritu incipiunt & carne perficiunt: nec denique Epheſinæ Eccleſiæ primam ſuam charitatem remittentis. Sed potiùs imitare Thyatirenſem, cuius poſteriora opera plura & potiora fuere prioribus: imitare Carolum Quintum, cuius ſymbolum erat *plus vltra*, & Imperatorem illum de quo ſic canit Lucanus, Hoſ. 6. 4. Gal. 3. 3. Apoc. 2. 4. 19.

——— *nam Cæſar in omnia præceps*
Nil actum credens, ſi quid ſupereſſet agendum.

Nec enim iubet Apoſtolus vt in propoſito nobis ſtadio curramꝰ, ſed vt ſtadiũ illud decurramus: *alioquin*, inquit, *ſi quis ſe ſubduxerit non probat eum animus meus. Proprium eſt virtutis, non quid adſit ſibi, ſed quid deſit attendere: vnde eſt quod ſæpe illam, non de quæſito gloriantem, ſed de quærendo ſollicitam videamus.* Heb. 12. 1. & 10. 38. Petrarcha.

V. CVm antiquo Ioſiâ conferendus eſt beatiſſimę & nunquam intermoriturę memoriæ Princeps Eduardus 6. ſuperioris ſæculi Ioſias, tot tantiſque naturę et gratiæ dotibus inſtructus, *vt in Regno pulcherrimo nihil eſſet ipſo Rege pulchrius*: de quo, ſi de vllo vnquam, veriſſimè dici potuit, Vrſin. parænes. ad ſtud. Catechet.

Anteuenit ſortem meritis, virtutibus annos,
Ingenio formam, relligione genus.

VI. EXemplo Themiſtoclis, ſummi Athenis viri, de quo Cicero Tuſcul. 4. *noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quòd ſomnum capere non poſſet, quærentibuſque reſpondebat Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari.* Præclara magnorum virorum exempla

empla torporem nobis excutere debent, vt eorum ſequamur gratiam, & aſſequamur gloriam.

Tilen. ſynt. Theol. parte 2. epiſt. ded. Iun. in 1. 3 & 4. Bibl. partem præfat.

VII. FRedericus III. Elector Palatinus, hodierni Frederici proauus, honorificum *Pij* cognomentum adeptus eſt ob profligatam ex Aula & Ditione ſuâ impietatem. Eundem titulum, ſi qua fides Euſebio, meruit Conſtantius Imperator: quippe qui *totam ſuam familiam vni Regi Deo conſecrauit: adeò vt multitudo quæ intra Regiam ipſam coiuerat, nihil ab Eccleſiæ formâ diſtare videretur.*

De vita Conſtant. l. 1. c. 11.

Liu. l. 29. Sabell. Enneade 5. l. 5.

VIII. IDipſum ipſimet Ethnici agnouerunt, vt liquet ex hiſtoriâ Scipionis Naſicæ, qui licèt adhuc adoleſcens, iudicio Romani Senatus omnium maximè dignus habitus eſt, qui matrem Deûm hoſpitio exciperet, eò quòd optimus ciuium iudicatus eſſet. Et Ageſilaus de Rege Perſarum, qui *Magnus Rex* audiebat, verba faciens, *quâ in re*, inquit, *maior eſt me, niſi ſit ineſtior?* Sed nec tantùm maior eſt quouis alio *Pij* titulus, verùm etiam melior: nam vt poſt Senecam Lipſius, *pulchra hæc laudatio, ô virum doctum! ſed illa melior, ô virum ſapientem! & iſta optima, ô virum bonum!* Quin & ſolum pium ac Dei timentem, verè & vniuocè ſapientem eſſe docet Sapiens toto Prouerbiorum libro, vbi hęc duo vocabula tanquam æquiualentia promiſcuè vſurpat: adeò vt ſoli pio competat illud poëtæ de Tireſiâ, & Catonis maioris de Scipione pronunciatum

Plut. in apoph. Principum.

Epiſt. 88. de conſtant. lib. 2. cap. 4.

Iſte ſapit ſolus, reliqui velut vmbræ vagantur.

Ioſ. 24. 15.

IX. EGo & familia mea colemus Iehouam: cui non abſimilis illa Mattathiæ 1. Mac. 2. 19. 20.

Heſt. 4. 16.

imò nec Heſteræ, *Ego & puellæ meæ ieiunabimus.*

Quibus

Quibus locis, vt & Psal. 101. 2. 3, docemur in genere quem debeamus ordinem seruare iustitiæ: nempe eum, quo primùm nostram vitam rectè instituamus: deinde & eorum vitam emendemus, qui nostræ sunt curæ ac fidei commissi atque concrediti. Nam vt ordinata *charitas*, sic vera pietas *à domo incipit*: vnde prius semet ipsum quàm suos domesticos circumcidere iussus est credentium pater Abrahamus. Gen. 17.

Omnino pulcherrimus ordo est & saluberrimus, vt quod omnes alijs portandum imponis, tu portes prior. Bern. epist. 201.

Quamobrem Vespasianus Augustus *restitutionem Capitolij aggressus, rudentibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quadam extulit.* Sueton. in Vespas. cap. 8.

X. Periphrasis Ezechiæ, cui Iosaphati subditos suos ad verum Dei cultum reuocantis, exemplum addendum est. 2 Chron. 19.

XI. Exemplo sint vel vnius Ieroboami subditi, aut Herodis milites. Verè igitur Satyricus, 1 Reg. 15. 34. Luc. 23. 11.

——— Velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cùm subeant animos authoribus ——— Iuuen. sat. 15.

Nempe idem visuenit in Republicâ & familia, quod in pecudibus & piscibus, *corpus caput sequitur*: &, *à capite corruptio incipit*: meritóque hic vsurpari potest illud theorema medicum, *caput malum est caput malorum.*

XII. Quemadmodum inferiores precibus & gratiarum actionibus pro suis superioribus Deum interpellare debent, vti tum præcepto, tum exemplo docentur: ita viciſſim istos pro illis ferias preces fundere æquum est. Cuius officij memores Moses, Salomon, Ezechias pro subditis, Iob, Col. 4. 3. 1 Tim. 2. Gen. 24.

Dauid & Batſheba pro liberis: Samuel, Paulus, & Epaphras pro ſuis ouibus: Eliæus & Centurio pro famulis oraſſe leguntur.

XIII. *NOn enim dedit nobis Deus ſpiritum timiditatis, ſed roboris*, ait Paulus: et *quis eſt qui affligat vos, ſi bonitatis æmulatores fueritis?* inquit Petrus. *Quis ei de ſæculo metus eſt, cui in ſæculo Deus tutor eſt? iuſti inſtar leunculi ſunt confidentes.* Duplici viâ, prout innuit eius anagramma, rem aduerſus nos gerit Diabolus; æſtu videlicet & aſtu, Marte & arte, militiâ & malitiâ: contra quæ tela nos ſub pietatis ſcuto non minùs tutò quàm ſecurè deliteſcere poſſe, teſtatur exemplum Magni Conſtantini, quem ὁ ῥύσμενος leo clementer liberauit ab omnibus periculis quæ illi ὁ ῥύσμενος leo crudeliter creauit. Vide Euſebium Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 10. cap. 8.

2 Tim. 1. 7.
1 Pet. 3. 13.
Cypr. ſerm. de Orat. Dom.
Prou. 28. 1.
Διάβολος, βία, δόλος.
Rom. 11. 26.
1 Pet. 5. 8.

XIV. *MAgnis telis magna portenta feriuntur. Potentes potentes tormenta patientur, & fortioribus fortior in ſtat cruciatus. Ingentia beneficia, ingentia peccata, ingentes pœnæ.* Exemplo ſit Angelica natura, quam ultrò in peccatum ipſam Euangelicâ gratiâ nunquam eſt dignaturus Deus: ſiquidem ei ſempiternos cruciatus præparauit, quos igne æterno, & ſulphuris igniſque ſtagno adumbrat Scriptura. Sed & Iudæos malis perpetrantes, ſeuerius quàm Gentiles in extremo iudicio tractandos dicit Apoſtolus, nempe ob eximias eorum prærogatiuas Pſal. 147. 19. Rom. 3. 2. & 9. 4. Heb. 1. 1.

Sen Epiſt. 82.
Sap. 6. 6. 9.
Magdeburg. Præfat. cent. 5.
Rom 2. 9. vbi *primum* 2. ὃ ſignificat temporis ordinem, ſed pœnæ grauitatem, teſte Fuyo in locum.

XV. *MAgnum magna decent.* Quo plura talenta quis accepit, eo potiores in pietate propa-

propaganda sint illis partes. Secundum suorum charismatum portionem, Deus expectat operum nostrorum proportionem. *Quum augentur dona, crescunt etiam rationes donorum. Cui multum datum fuerit, multum ab eo repetetur. Ex bonis fidei officium pensate, ex officio culpâ agnoscite ex culpâ pœnam æstimate.* ἡ πλείων γνῶσις πλείονος κολάσεως ἐστὶ ὑπόθεσις. Greg. hom 9. in Euang. Luc. 12. 48. Mom. præfat. in lib. de vesit. Christ. Relig. Chrys. hom. 27. in Matth.

XVI. *Minùs te diligis ô Domine, qui præter te aliquid diligit, quod propter te non diligit*, inquit pius Augustinus. *Tene eos diligere qui Dominum oderunt?* ait Regi Iosaphato Propheta Iehu. *Non faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores.* Aug. Solioq. 2 Chron. 19. 2. Psal. 139. 21. Aug Epist. 52.

XVII. *Antequam non obtenebrescat Sol, & Lux Lunaque ac Stellæ, neq; recurrit denſæ nubes post pluviam*, &c. vt elegantissimis allegorijs senectutem describit Sapiens. *Dum est vobis lux, & tempus habetis, dum dicitur hodie*, vt Christus & Paulus loquuntur: vel vt Princeps Lyricorum, Eccles 12. Ioan. 12. 35. Gal 6. 10. Heb. 3. 15.

Dum res & ætas, & Sororum
Fila trium patiuntur atra.
Æstas non aderit semper, componite vndas:
Fronte Capillata est, sed post occasio calua.

Meliora præteruolant, deteriora Succedunt. Quemadmodum ex amphorâ primum quod est sinceriſsimum effluit, grauiſsimum quodque turbidumque subsidit: Sic in ætate nostra, quod est optimum, in primo est. Sen. epist. 108.

Non tantùm minimũ in imo, sed et pessimum remanet: Idem epist. 1.

Nec bonatam sequitur, quam bona prima fuit: Ouid. 3. de Arte.

XVIII. TOlle malos, extolle pios: pro illis canem habeas pro istis *panem*, vt lo-

Ilium

Epigram. ad Principem Henricum præfixo Basilico doro.

quitur Bernardus: vel ut Rex doctissimus Iacobus de Deo loquens ait,

Illius exemplo rectis da præmia, carus
Dirige supplicio ——————

Cic. l. 3. de nat. Deorum.

Nec domus, nec Respublica stare potest, si in eâ nec rectè factis præmia extent vlla, nec supplicia peccatis. Theophrastus olim interrogatus quânam re communis hominum societas conseruari possit, respondit, *Si pœnâ mali coërcerentur, & boni inuitarentur præmijs*: & Solon sapientissimus Legislator dixit duo esse fundamenta Rerumpublicarum, *præmia & pœnas*. Nec ignotum est illud cuiusdam Laconis dictum, qui audiens plurimùm prædicari Regis Charilai bonitatem, respondit, *quomodo bonus esset iste, qui ne malis quidem amicis est?* Boni quippe Magistratus partes sunt, plectere sontes, protegere insontes: prioris officij respectu, cum gladio diuinitùs accinctum testatur Apostolus; posterioris verò pij Israëlitæ vocant Regem suum Iosiam, *Spiramentum narium suarum*; id est, cum sub cuius vmbrâ & protectione respirabant, & cuius adiumento in quibuslibet angustijs recreabantur. Vtrumque insinuat Petrus, vtrumque Deo pollicetur et Salomoni præcipit Dauid, vtrumque præstitit augustissima et incomparabilis Regina Elizabetha,

Plut. de discrimine adul. & amici.

Rom. 13. 4.

Lam. 4. 20.

1 Pet. 2. 14. Psal. 101. 1 Reg. 3. Beza epigr. præfixo maioribus Notis in N.T.

Quàm dilecta bonis, tam metuenda malis.

Boni denique Magistratus officium hoc correlatiuo disticho insuper describitur:

Hic locus odit, amat, punit, conseruat, honorat,
Nequitiam, pacem, crimina, iura, bonos.
Hæc opera, atque hæ sunt generosi Principis artes.

XIX. Aquilæ

XIX. AQuilæ, Nymphæ, ac Philemonis Ædes vocantur *Eccleſiæ*: non ſolùm quod hoſpitio credentes admitterent, aut in eis conuentus ſacros agitare ſoleret Eccleſia; ſed etiam quia piam alebant familiam quaſi quandam Eccleſiam, quia erant tam pij vt domum ſuam Eccleſiam facerent, vt rectè interpretatur Chryſoſtmus. Hinc diſcimus omnem Chriſtianam familiam debere eſſe *Bethel*, id eſt *Domum Dei*, ſiue *Eccleſiam*, idque ſextupliciter. Rom 16.5. 1.Cor. 16.19. Col.4.15. Philem.2.

1. Ratione frequentium precum: nam et Domus Dei, quæ eſt Eccleſia, *Domus orationis* ab ipſius Domino indigitatur, et hunc ſinceræ precationis ſuffitum Deo adolentibus ſalutem æternam ſpondet Apoſtolus, et Ieremias mala multa imprecatur in familias nomen Iehouę non inuocantes, ſicut in Regna Dauid, alibi huius tam neceſſarij pietatis exercitamenti omiſſionem impiorum characterē eſſe non obſcurè innuens. Cauſę autem precum impulſiuę ſunt tres. 1. voluntas Dei mandatis, promiſſionibus et comminationibus declarata. 2. neceſſitas noſtra. 3. exempla Sanctorū, ac potiſſimùm Chriſti. *nec enim verbis tantùm, ſed et factis Dominus orare nos docuit, ipſe orans frequenter et in oratione pernoctans. Quod ſi ille orabat qui ſine peccato erat, quantò magis peccatores oportet orare?* Oratio eſt ſimilis oliuæ illi Iudicum 9. 9. per cuius pinguedinem Deus honoratur, et homines multiplici commodo beantur. Eſt enim ſuauiſſimum incenſum, et odor bonæ fragrantiæ: eſt *flagellum Diaboli, flabellum deuotionis, clauis cæli, ſitula gratiæ, columna virtutum, neruus animarū,* 1.Tim 3.15. Matth.21.13. Rom.10.13. Ierem.10.25. Pſal.79.6. Pſal.14.et.53. Cypr.de Orat. Domini.

in gal. 4.6. *et ſagitta fidelium*, inquiunt Sancti Patres: eſt *bombarda Chriſtianorum* ait Heroicus ille Luthetus, qui

Tom. 7. pag 330. *ſe orando magis quàm ſtudendo profeciſſe* cum Auguſtino ſcribit. *Curis ad preces impellor, et precibus*

Camerar. in vita Melanchr. *cur as depello* dicit ſidus eius Achates Melancthon.

Aug. de Ciuit. dei. l. 5. c. 26. Theodoſius Imperator *contra robuſtiſſimum Eugenij tyranni exercitum magis orando quàm feriendo pugnauit. Plus valet vnus ſanctus orando, quàm mille peccatores præliando.*

Gloſſa in Exod. 17. *Cuncta Deo cedunt, precibus Deus ipſe ſuorum.*

Eph. 5. 20. Col. 3. 17. 1. Theſſ. 5. 18. Porrò cum precibus ſemper iungendæ ſunt gratiarum actiones, vt iubet Apoſtolus, et, vt eleganter

Nunquam pias ſunt benedictiæ, quin pro acceptis agamus gratias. dicunt Hebræi, *miſcere oportet Tehilla et Tephilla*, id eſt vota cum gratijs, preces cum Cantico: quandoquidem *abſenſus gratiarum eſt defenſus gratiæ, et*

Zanch in Coloſ. 4. 2. *optima beneficiorum cuſtos eſt perpetua actio gratiarum.*

Chryſ. in Matth. *Iubemur colligere fragmenta ne pereant, id eſt, nec minima beneficia obliuiſci. Nunquid non perit quod donatur ingrato? Ingratitudo eſt ventus vrens, ſiccans ſibi*

Bern. in Cant. ſerm. 51. *fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ.*

ibidē ſerm. 35. *Ceſſat gratiarum decurſus, vbi recurſus non fuerit; nec modò nihil augetur ingrato, ſed et quod acceperat vertitur in perniciem. Qui dedit gratis, auferet ingratis.*

Auguſt. *Grati Deo ſimus ex eo quod habemus, vt addatur quod non habemus.*

Lectio congerit, meditatio digerit lectio ſine meditatione inſtcunda, meditatio ſine lectione irrepta. Quum oramus, cū Deo loquimur: quum legimus,

2. Ratione lectionis et meditationis Sacræ Scripturæ, cui diligenter incumbere par eſt quālibet priuatam familiam, vt hac etiam in parte Eccleſiam Dei referat: quę ideirco *Columna veritatis* vocatur, forenſi videlicet ſignificatione: quia vt in columnis proſtant edicta Principum, ſic in Eccleſiâ

ſonat

ſonat verbum diuinum. Cuius cognitionem ac ſtudium Laicis quoque præceptum eſſe patet ex Deut. 6. 7. et 17. 19. Ioſ. 1. 8. Pſal. 1. 2. Apoc. 1. 3. Coloſ. 3. 16. in quem poſtremum locum ſic ſcribit Hieronymus: *Hîc oſtenditur verbum Chriſti non ſufficienter, ſed abundanter etiam Laicos habere debere et docere ſe inuicem vel monere.* Idem alibi viduas et virgines ſui temporis paſſim hortatur ad legendam, et laudat ob lectam Scripturam. Conſimiliter Euſebius dicit *diuina dogmata tũ à fœminis quàm à viris, tam à pauperibus quàm à diuitibus, tam à ſeruis quam a Dominis diſci poſſe.* Quin et Chryſoſtomus Laicos hunc in modum affatur, *audite quicunque eſtis mundani, et vxori præeſtis ac liberis, quomodo vobis quoque maximè mandet legere Scripturas, et non leuiter, nec temerè, ſed magno ſtudio ac diligentiâ.* Et abibi: *Hoc eſt quod omnia quaſi vnâ quadam peſte corrumpit, quoniam lectionem diuinarum Scripturarum ad ſolos putatis Monachos pertinere, cùm multò magis vobis quàm illis ſit neceſſaria. Qui enim verſantur in medio Mundi prælio, et vulnera quotidie accipiunt, magis egent medicamine. Itaque ſemper hortor et hortari non deſinam, vt non hîc tantùm attendatis ijs quæ dicuntur, verùm etiam cùm domi fueritis aſſiduè Scripturarum lectioni vacetis.* Et rurſus: *Vt nos faciliùs ſequi, et conciones noſtras meliùs intelligere poſſitis, rogamus et obſecramus (quod in alijs quoque Scripturis facere conſueuimus) vt prius domi legatis eum qui à nobis tractandus eſt locum, vt intellectui lectio viam parans, quod etiam in Eunucho illo factum eſt, multam nobis docendi conferat facultatẽ.* Idem alibi tollit tritas illas de multiplici occupatione

Deus nobiſcum loquitur. Beru. de modo bene viuendi ſerm. 50.

Euſeb. Demõſtrat. Euangel. l. 1. cap. 6.

in Coloſ. 3. hom. 9.

in Matth. hõ. 2.

homil. 3. de Lazaro.

homil. 1. in Matth.

ne Laicorum et obſcuritate Scripturarum excuſationes, eaſque tanquam *prætextum et velamen negligentiæ tradutit*: πάντα γὰρ ἀναγκαῖα λῆλα. *In iis quæ aperte in Scriptura poſita ſunt, inueniuntur illa omnia quæ continent fidem moreſque viuendi, ſpem ſcilicet atque charitatem. Quædam in Scripturis tam manifeſta ſunt vt potius auditorem* (et lectorem) *quàm expoſitorem deſiderent. Paſcit manifeſtis, exercet obſcuris.* Denique Gregorius Magnus ad Theodorum Medicum ſic ſcribit: *Erga dulciſſimũ mentem glorioſiſſimi filij mei Theodori habeo aliquam querelam: quia ſæcularibus indefinenter cauſis aſtrictus quotidie legere negligit verba Redemptoris ſui. Certè ſi ſcripta terreni Imperatoris acciperet, non ceſſares, non quieſceres, ſomnum oculis non dares, niſi prius quid tibi ſcripſiſſet, agnouiſſes. Imperator Cœli, Dominus hominũ Angelorũ pro vitâ tuâ tibi ſuas epiſtolas tranſmiſit, et tamen glorioſe fili eaſdem ardenter legere negligis. Quid enim Scriptura Sacra, niſi quædam epiſtola Omnipotentis Dei ad ſuam creaturã? Stude ergo, quæſo, et quotidie Creatoris tui verba meditare. Diſce cor Dei in verbis Dei.*

Habes quod primũ bibas, habes quod ſecundum, habes quod poſtremum. Ambroſ. epiſt. 44.

ib. 2. Theſſ. hom. 3. Aug. de doct. Chriſt. l. 2. c. 6. idem in Ioan. tract. 50.

ibid. tract. 45. l. 4. epiſt. 40. indict. 13. c. 84.

Scriptura ſicut myſterijs prudentes exercet: ſic plarumq; (ſuperficie ſimplices refouet: ſunt enim quædam fluuiorum plana et alueo, in quo et agnus ambulet et elephas natet. Idem præfat. in Mora. cap. 4.

Diuerſa ſunt diuinarum Scripturarum flumina.

3. Ratione hymnorum, diuinarum cantionum, et pſalmorum, quibus tum publicæ, tum priuatæ fidelium Ædes quotidie perſonare debent, ad Cœleſtium Angelorum, et veterum Chriſtianorum, qui hymnis antelucanis, tanquam teſſera quadam, agnoſcebantur, imitationem. Τί γὰρ μακαριώτερον τῆς τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι, ψαλμοῖς καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα, καὶ τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἄλατι,

Matth. 26. 30. Act. 16. 25. 1. Cor. 14. 15. Eph. 5. 19. Col. 3. 16. Eſa. 6. Luc. 2. Apoc. 4. Tertul. Apolog. c. 2 et. 39. Euſeb. hiſt. l. 2. c. 16. et l. 3. c. 37. Baſil. epiſt. 1.

ἄλλη, ὁ ἐγρηγορὼς τὰς ἐφόδους ; *Quicunque fideliter & intentâ mente Psalmis Dauidis modulatur, quodammodo Angelis Dei sociatur : quia homo illum pro modulo suo laudat in terris, quem Angeli sine intermissione glorificant in Cœlis. Quis non erubescat sensum hominis habens, sine Psalmorum celebritate diem claudere, cùm etiam volucres Dei gloriam & laudem modulata suauitate pronuncient ? imitare ergo minutissimas aues manè & vespere Creatori tuo gratias referendo : & si es deuotior, imitare luciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia peruigili cantilenâ decurrit. Concinni Psalmorum cantus nobis excogitati sunt, quò pueri ætate aut etiam moribus canere quidem sibi videantur, reuerâ autem animas eruditant. Psalmus est amicitiæ conciliatio, dissidentium vnio, hostium reconciliatio : quis enim vltrà inimicum dicat eum cum quo vnam ad Deum Psalmi emiserit vocem ? Id itaque quod in bonis numerari debet præstantissimum psalmodia suppeditat, nempe charitatem.*

Bernard. de modo bene viuendi serm 52.

Ambros. serm. 43.

Basil. et Aug. præfat. in Psal. *Canrica diuina canticare, etiam manibus operantes facile possunt, & ipsum laborem tanquam diuini celeusmate consolari.* Aug. de opere *Monach.* c. 17.

4. Respectu catechizationis assiduę: quæ nihil aliud est quàm iactis Christianæ fidei fundamentis, quæ *Sermonem inchoationis Christi, elementa initij eloquiorum Dei, & lac infantum* appellat Apostolus, perfectioris cognitionis et cibi solidi, qui adultioribus accommodus est, superstructio : quum videlicet *præceptũ præcepto, delineatio delineationi, pauculũ hic, pauculum illic* quotidie additur, vt ad viã iliã facilem, quâ pueri & rudes informãtur, haud dubiè alludens loquitur Esaias. Quæ Catechetica institutio quemadmodum tempore Christi & Apostolorum publicè vsitata fuit in Iudaicâ & Christianâ Ecclesiâ,

Chrysost. in Psal 41. Heb. 5. & 6. Animi puerorũ sunt vasa oris angusti, quæ si sensim instillẽs, admittunt; si profundas, respuunt liquorẽ superfusum : ideo Parentes ita temperare debent monita suis vt eos irrigẽt potius quam obruant.

vt Esa. 28. 10.

a Ex Luc. 2. 46. colligit Chemnit. Harm. Euang. c. 15. sic scribens: *Christus exemplo suo & comprobare & sanctificare voluit congressus illos catechetices.* Marlorat. autem in Heb. 6. 1. sic habet: *Hic respexit ad vsitatam Catechismi formulam.* Vrsinus denique paræneſi ad ſtudium Catech. idē probat ex vocibus κατηχήσης, κατηχούμενος, κατηχεῖν.

b Vt ex 2 varijs Noui Teſtamenti locis colligunt eruditi, ita in priuatis quoque familijs ſedulo vſurpandam eſſe, cum diſertum ac ſæpe repetitum Dei præceptum, tum piorum ante & poſt Legis promulgationem praxis, tum denique ſumma, per omneſque liberorum ætates diffuſa vtilitas manifeſtè euincunt. Siquidem fons & radix omnis bonitatis aut prauitatis in adultis hominibus eſt pueri iis educatio. Nam b *vt aqua in areolâ digitum ſequitur præcedentem: ita ætas mollis & tenera in vtramque partem flexibilis eſt, & quocunque duxeris trahitur.* Et vt in turbâ hominum locum aliquem vaſtum ingreſſorum, qui primi fuerunt in introitu vltimi ſunt in exitu: ita quæ in pueritiâ didicimus, diutiùs memoriæ inhærent altiúſque animis infiguntur, quàm quę vllâ prouectiori ætate. Nam

Quo ſemel eſt imbuta recens, &c.
Quod nouatę teſta bibit, inueterata ſapit.

c *Difficulter eraditur quod rudes animi perbiberūt.* Hinc illud Sapientis ſapiens d conſilium: *imbue* (vel *catechiza*) *puerum iuxta viam ſuam: etiam quum ſenuerit, non recedet ab eâ.* Hinc e Chryſoſtomus Patreſfamiliàs hortatus vt *non ſolùm interſint publicis conuentibus, ſed etiam domi quoque vir cum vxore, pater cum filio inuicem de his frequenter loquantur,* eoſdem ſic affatur, *nonne iram Dei in vos meritò prouocatis, quum cæteris rebus & certo tempore, & diligenti curâ adhibitâ, in diuinarum rerum doctrinâ pueros exerceri molestum intempeſtiuumque ducitis? Non ſit, non ſit, inquam, fratres dilectiſſimi: hæc profectò ætas his maximè*

Luc. 1. 4. Rom. 2. 18. Gal. 6. 6.
b Hieron. epiſt. ad Gaudent.
c Idem ad Lætam.
d Prou. 22. 6.
e Hom. 2. in Ioan. *Si liberis ab ipſis ſtatim miſſas leges opimas imponamus, minimum poſſbat laborabimus. Conſuetudo ipſa vinctis in legem tranſibit.* Chryſ. in 1 Tim. homil. 9. *Cypſo madido ſtatim vtendum eſt quoniam celerrime exit reſiccatur.* Plin. l. 36. c. 24. Ita ſtatim tingenda bonis moribus ætas rudis, priuſquam durior non admittat fingentis formam.

adue-

admonitionibus indiget: tenera eſt, & citò quæ ei inſtillantur imbibit, & audita accipit. Quod eſt molli ceræ ſigillum, hoc eſt inſtitutio animis puerorum. Et alibi: *Omnia humeris noſtris injicitis: vos oportebat duntaxat à nobis inſtitui, uxores verò à vobis, à vobis etiam & liberos.* Et rurſus: *Quo uſque ſumus carnes? quo uſque in terram incurvamur? Omnia à nobis poſtponantur curæ liberorum, & eorum educationi. Magna potiùs illis largiamur quàm parua. Audi Paulum dicentem,* educate eos in diſciplinâ & admonitione Domini. *Hoc doce filium, hoc erudi. Hæ maxima ſunt diuitiæ: hæc regnum conciliant, hæc donant etiam quæ ſunt verè bona.* Denique familiare eſt huic Patri locum aliquem Scripturæ, vbi Patres liberos inſtituere iubentur, vel inſtituiſſe memorantur, enarranti, in hæc verba erumpere, *audite Patres-familiàs.* Necimmeritò ſanè vir tantus hanc domeſticam curam auditoribus ſuis tam ſæpe, tam potenter inculcat, in eâque commendandâ omnia aureæ ſuæ eloquentiæ vela expiicat. Tanti namque momenti eſt hoc officium, vt eius executioni multi viri ac fœminæ idem dicere poſsint quod olim Martha Chriſto, *Si hîc fuiſſes, frater meus non mortuus fuiſſet*: eius verò neglectui, quod Elias Achabo, *tu es ille qui turbas Iſraëlem*: vel quod Orator Antonio, *vt in ſeminibus eſt cauſa arborum & ſtirpium, ſic harum calamitatum ſemen extitiſti: vt Helena Troianis, ſic tu huic Reipublicæ cauſa belli, cauſa peſtis, atque exitij fuiſti.* Quòd enim multi totam rem familiarem abliguriant, quòd ampla patrimonia dilapident, quòd varijs libidinibus ſe polluant, quòd homicidijs, latrocinijs, aliiſque flagitijs cooperti in vltorem Magiſtratûs gladium incidant,

In Coloſ. Homil. 9.

In Eph. 6. hom. 21.

In prole attenditur vt amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religioſè educetur. Auguſt. de Geneſi ad lit. lib. 9. cap. 7.

quòd

Neglectus catechefeos causa eſt non poſtrema cur hodie multi quouis doctrinæ ventо circumferantur, cur multi a Chriſto ad Antichriſtum deficiant. Viſin. prolegom. ſpec. in catechiſm. Iun. orat. in obitum Vrſini.

quòd multi denique ab Orthodoxâ Religione apoſtatent, id vni Catecheſeos neglectui acceptum referendum: vt Germanorum Theologorum ſui temporis doctiſſimus, & doctorum θεολογώτατος rectiſſimè obſeruat. Nam debile fundamentum fallit opus, & errores in principijs ſunt omnium periculoſiſſimi. Vitium in primâ concoctione non corrigitur in ſecunda aut tertia, iuxta Medicorum filios: vitium in puerili ætate contractum rarò ac difficulter euellitur in virili aut ſenili, ſecundum Theologos.

Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.

Bernard. meditat. c. 9.

ἡ ἀγνοία τῶν χρειττόνων ἀνάγκη λυμαίνειν τοῖς χείροσι. *Cor hominis conſiſtere non poteſt, ſed omni mobili mobilius inſtar molendini velociter voluitur, & nihil reſpuit, ſed quicquid imponitur molit: ſi autem nihil apponitur, ſeipſum conſumit.* Atque his calcaribus addi poteſt exemplum Aduerſariorum, qui non ignari quàm difficile ſit quenquam ab eâ doctrinâ dimouere quam à teneris imbiberit, tenellam iuuentutem myſterijs ſuis maturè imbuunt, vt videlicet intus exiſtens prohibeat alienum, vt ſuis ſacerrimis ſacris initiati ad ſanam doctrinam, inſtar aſpidum ad quælibet incantamenta aures obthurantiũ, obſurdeſcant, neue vllius ſalutares admonitiones audiant aut admittant. Quos niſi hac in parte imitemur, puruliſque noſtris tam ſedulò ſincerum pietatis lac immulgeamus, quàm illi ſuis atrum ſuperſtitionis ſuæ virus inſtillant, nos certè ferient hæ Chriſti & Ambroſij querimoniæ, *filij huius ſæculi prudentiores ſunt filijs lucis in ſuo genere. Ad ſacrilegium perfidi largiores, quàm ad ſalutem fideles ſunt.* Porrò hanc libe-

Πάντα γὰρ φερόμενα τὰ ῥᾳθυμότατα μᾶλλον. Ariſt. polit. l. 7. cap. 17.

Τὸ παρεμφαινόμενον κωλύει τὸ ἀλλότριον, καὶ ἀντιφράττει. Idem de anima l. 3. c. 5. Luc. 16. 8. de Spiritu S. l. 3. cap. 18.

ros

ros in pietate instituendi curam ad Matres-familiâs quoque pertinere probatur trifariam. 1. Testimonijs Scripturæ, Prou. 1.8. & 31.26. vbi liberi iubentur *non deserere*, id est, *attentè audire, & auidè recipere præcepta Matris*: & de bona Matronâ dicitur, *Os suum aperit sapienter, & lex clementiæ versatur in linguâ eius*: hoc est, *docet suos & rectè sapienterque se gerere erga Deum, & clementer atque benignè erga proximos*. 2. Exemplis sacris, Ecclesiasticis, & prophanis. Nam Salomonem ab vtroque parente, Timotheum ab auiâ & matre institutum fuisse patet ex Prou. 4.4. & 31.1. & 2. Tim. 1.5. in quem postremum locum hæc habet doctissimus Caluinus: *Proponit illi auiam Loidem & matrem Eunicem, à quibus sic fuerat educatus ab infantiâ, vt potuerit cum lacte imbibere pietatem*. Et in 2. Ioannis versum 4. ex Pellicano Marloratus: *Depingitur hic nobis in hac electa Domina sedulæ atque piæ Matris familiâs officium, quod est filios in Dei timore & morum probitate educare. Quæ hoc in loco bona filiorum institutio testimonium est hanc fidem veram charitati adiunctam habuisse*. De matre verò Monicâ sic scribit Augustinus: *præcepta vitæ quæ in animo meo plantauerat verbis, rigabat lacrymis, alebat exemplis*: Nec multùm absimilia de matre suâ Nonnâ refert *Nazianzenus*: Et quod Scripturæ meridie Iudæi & Christiani perspiciunt, id etiam Ethnici naturæ crepusculo faciendum viderunt: vt constat exemplis Corneliæ Gracchorum genitricis, Eurydices nobilis in Sclauoniâ mulieris, & Aretæ vel Aristæ matris Aristippi, qui idcirco μητροδίδακτος fuit appellatus. Denique duplex ratio illud ipsum euincit. Nam quę naturalis corruptionis

Mercer. et Lanseo in loc.

Confess. l. 2. et 3. et 9.

Κλῆρον ἀναγκαῖον ἄγκαθεὶς ἑαυτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἑαυτῆς καταγωγὰς εὐσεβείας. Orat. 10. quæ est in laudem Cæsarij fratris.

Valer. Max. l. 4. c. 4 Laert. l. 2. in Aristippo Plut. de educat. pueror.

tionis, omnisque prauitatis ad liberos transmittendæ fuerunt medium, annon huic morbo in ijsdem sanando debent afferre remedium? Nonne tantam ex liberorum probitate laudem & gloriam referent, quantam ex impietate malisque moribus ignominiam reportabunt? Vt *filius sibi derelictus sit matris opprobrium*: ita *salus infantum est maiorum lucrum*. Vnde in libris Regum & Chronicorum nomina matrum apponuntur tam in pijs Regibus quàm in impijs, vt quæ laudis in virtutibus & vituperij in vitijs sint participes. Nam ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ *liberi matrissant*, vt innuit Propheta, & *partus sequitur ventrem*, vt loquitur Legista. Quod cùm apud se reputarent in primordio Christianismi mulieres, tam sedulam ac felicem in sanandis ab ingenitâ vitiositate suorum animis operam insumebant, vt θεραπευτρίδες, teste apud Eusebium Philone, appellitarentur.

Prou. 17. 25. & 29. 15.
Hieron. ad Lætam.
Ezech. 16. 44.
Euseb. Histor. l. 2. c. 17.

5. Respectu decoris & ordinis, secundum quem omnia fieri debent in quâlibet priuatâ domo, sicut in Ecclesiâ; nam Deus non est Deus confusionis, sed pacis & ordinis: quem & in Salomonis Ædibus ad stuporem vsque mirata est Regina Sabæ: quem in Colossensibus laudauit Apostolus, & inter τὰ καλὰ μέγιστα εἶδη retulit Philosophus. οὐδὲν γὰρ οὕτως οἰκοδομεῖ ὡς εὐταξία. οὐδὲν οὕτως, οὐδὲ εὔχρηστον, οὐδὲ καλὸν ἀνθρώποις ἐν βίῳ ὡς ἡ τάξις. τάξις μήτηρ τῶν ὄντων ἐστὶ καὶ ἀσφάλεια. *ipsa est optima gubernatio, vt omnia suis temporibus distributa ex ordine gerantur.* Bonus enim familiæ rector non tantùm sibi ipsi

1 Cor. 14. 40. *est allusio ad Oeconomiam in qua hæc omnia requiruntur.*
Pareus in loc.
3 Reg. 10. 7.
Colos. 2. 5.
Arist. Metaphys.
Chrys. in 1. Cor. 14. 40.
Xenophon Oeconom.
Nazianz. orat. de moderat. in disputat. seruanda.
Aug. de opere Monachorum cap. 18.

ipſi, cum Timotheo, attendere, ſed etiam cum Ezechia domum ſuam ordine diſponere tenetur. Eſt autem ordo *partium diſpatiumque rerum ſua cuique tribuens loca deſpoſitio*: opponiturque confuſioni & perturbationi, ſicut *Decorum* ſordibus & luxui. Domus enim tunc dicitur decenter diſpoſita, quum familia in ſuperiores & inferiores diſtincta, tota facit conuenienter officium: quum ſtatæ ſunt vices orandi, legendi, pſallendi, catechizandi, prandendi, coenandi, laborandi, cubandi, ſurgendi: quum menſa, ſupellex, & reliqua omnia ſunt *nec nimia nimium, nec abiecta plurimùm*, ſed aurcam mediocritatem ſeruant, vt Poſidonius de domo Auguſtini, & Petrus Martyr de Buceri narrant. *Ordinis enim pater eſt modus, quem in omni re dominari decet.* μεσότης ἡ ἀρετὴ, κακία δ' ὑπερβολὴ πέλεται: *Mediocritas virtus eſt, vitium nimietas reputatur.*

Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.

Idem de Ciuit. l. 19. c. 13.

Poſid. in vita Aug. c. 22. Martyr. epiſt. ad Eccleſiæ Lucenſis fideles. Aug. de ordine l. 2 c. 19. & de moribus Manichæorum l. 2. c. 16. Hieron. epitaph. Paulæ. Phocylid.

6. Reſpectu extraordinariæ reſipiſcentiæ, quę ieiunio et luctu, ſiue licitorũ gaudiorũ honeſtarumq; voluptatum intermiſſione, & ardentioribus ſolito precibus, quas peccatorũ cũ fide coniuncta cõfeſſio præcedat, abſoluitur. *Ieiunio enim ſanantur peſtes carnis, & oratione ſanantur peſtes mentis: ieiunium orationem roborat, oratio ieiunium ſanctificat: ieiunium amouet ab oratione torporem & oſcitantiam, oratio amolitur à ieiunio ſuperſtitionem & ſuperbiam:*

Hieron. in Marcum 9. 29. Bern. ſerm. de ieiunio. Mont. complemento propher. c. 1. part. 2. Horat. de Arte poet.

——— *alterius ſic*
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.

Sanctum autem hoc exercitium toties vſurpari debet, *quoties de re aliquâ magnâ Deo ſupplicandum eſt,*

Caluin. inſt. l. 4. c. 12 ſect. 16.

potissimùm verò quum mala tempora extant aut instant & ingruunt Ecclesiæ vel Reipublicæ: ad mitigandam nimirum iram Dei, & auertendas aut auferendas pœnas: vt Israëlitæ per Ioëlem iussi sunt facere, temporibusque Samuelis, Iosaphati, & Assueri leguntur fecisse. Quod pietatis exercitamentũ non solùm ad publicum Ecclesiæ corpus, sed etiam ad quamlibet priuatam familiam, imò & ad singulos fideles pertinere, patet tum Hesteræ ac Vriæ celebribus exemplis, tum Dei frequentibus apud Prophetas querimonijs: passim enim expostulat cum Iudæis quòd nullus eorum se interponat, vel in muri ruptura collocet quominùs ira ipsius grassari possit. Sed & quibus propria lugendi nulla videtur esse causa, eos tamen ob amicorum & proximorum calamitatem, sicut preces, ita & ieiunia decet coniungere, tanquam eiusdem corporis membra mutuo doloris sensu affecta: iubemur enim alij aliorum onera portare, flere cum flentibus, & memores esse vinctorum tanquam vnà cum illis vincti: quemadmodum à Iobi amicis, à Nehemiâ & Daniele factitatum est. Quorum laudatissimum exemplum imitari qui negligunt, vnguentisque delibuti ac luxu diffluentes contriti Iosephi calamitate minimè afficiuntur, ij sunt ἄοργοι, ἀνελέημονες, εἰς ὀργὴν πεφυκότες (nam *soli filij iræ iram non sentiunt, nec tristantur in tristibus*: ἀγαθοὶ δ' ἀεὶ δάκρυες ἄλγεσι:) aduersus quos non modò Prophetæ, sed Pagani quoque surgent et eos condemnabunt in die iudicij. Nec enim Esaias duntaxat aut Ieremias Hierosolymæ, charissimæ scilicet patriæ, quin & Marcus Marcellus Syracusæ,

Ioel. 1. et 2. 1. Sam 7. 6. 2. Chron. 20. Hest. 4.

Ezech. 22. 30.

Si qui vehuntur in eadem naui sociorum periculà, sua reputant: quanto magis nostra reputare debemus fratrũ nostrorũ vincula, cum simus non tantum in eadẽ cymba, sed etiã in eodem corpore? Gal. 6. 2. Rom. 12. 15. Heb 13. 3. Amos. 6. 6. Rom. 1. 31. 1. Thess 5. 9. Esa 22. 14. Bern epist. 256.

Ierm 9. 1.

racusæ, quamuis hostilis et infestæ Ciuitatis excidium cernens, Vide Aug. de Ciuit. l. 1. c. 6.

In fontem frontē, atque in flumina lumina soluit.

Vnusquisque igitur delicta sua recognoscens, & conuersationem veteris hominis exponens oret Dominum non pro se tantùm, sed & pro omnibus fratribus, sicut Dominus Iesus orare nos docuit, vbi non singulis priuatam precem mandauit, sed communi & concordi prece orare pro omnibus iussit. Si nos Dominus humiles & quietos, si circa iram suam timidos, si præsenti tribulatione correctos emendatosque conspexerit, tutos ab inimici infestationibus exhibebit. Præcessit disciplina, sequetur & venia. Nos tantùm sine cessatione poscendi, & cum fide accipiendi simplices & vnanimes Dominum deprecemur cum gemitu pariter & fletu, sicut deprecari oportet eos, qui sunt positi inter plangentium ruinas et timentium reliquias, inter numerosam langnentium stragem, et exiguam stantium paucitatem. Rogemus Dominum vt famulis suis dignetur ostendere redintegrationem Ecclesiæ suæ, securitatem salutis nostræ, post pluuias serenitatem, post tenebras lucem, post procellas et turbines placidam lenitatem: pia paternæ dilectionis auxilia, diuinæ Maiestatis solita magnalia, quibus & persequentium blasphemia retundatur, & lapsorum pœnitentia reformetur, et fortis ac stabilis perseuerantium fiducia glorietur. Cypr. l. 4. epist. 4

Hæ sunt præcipuæ inter Ecclesiam, & benè institutam familiam analogiæ, ad huius constitutionem tam necessariæ, vt quemadmodum Petrus enumeratis

ratis primarijs virtutibus et sanctificationis effectis subijcit, *Cui hæc non adsunt, is cæcus est, nihil procul cernens:* ita recensitis principalibus piæ familiæ characteribus et ornamentis subiungere veraciter possim; *in quâcunque familia hæc non comparent, sed ales, lusus, inglunies, crapula, luxus, surgia, iuramenta, obscænæ cantilenæ, & omnis generis ἀταξία regnant; ea non est Templum Domini, sed sacellum Diaboli: non Bethel, sed Bethauen: non porta Cœli, sed protæton Inferni: non tabernaculum iustitiæ, sed tentorium iniquitatis: non cœtus fidelium, sed Ecclesia malignantium, sed hara porcorum, spelunca latronum, taberna Cyclopum, in quâ ἀκρεῖ θοὶς θοὶν θοίνος.* De tali siquidem familiâ nemo pius idem dixerit quod olim Iacobus de ciuitate Luzâ, *Verè Dominus est in hoc loco*: vel quod Petrus de monte sancto, *Bonum est nobis esse hîc:* sed potiùs illud Salomonis de domo meretricis pronunciatum, *Eius viæ descendunt* (id est, descendere faciunt, deducunt ac demittunt) *ad cubicula mortis*, aut hoc Medicorũ de locis peste correptis monitũ,

Mox, longè, tardè, cede, recede, redi.

Neque talium familiarum patres aliud sunt quàm *crudeles & impij parentes, immò non parentes, sed peremptores: qui suos malunt perire cum ipsis quàm regnare sine ipsis: hoc vno se solantes si suos etiã perimant, & hoc solum timentes ne soli pereant.* Nam, vt rectè Cyprianus de Apostolo verba faciens obseruat, *si fidem negauit quæ negligentiùs habet suam familiam, quid dicturum putas de his qui se totos dediderũt Mammonæ & ventri? Hos ego patres (quod nemo tamen me cõmotius dicere, quàm verius existimet,* inquit Chrysostomus)

1. Pet. 1. 9.

Gen. 28. 16.

Matth. 17. 4.

Prou. 7. 27.

Bern. epist. 111.

De duplici martyrio.

ſoſtomus) *parricidis ipſis immaniores, ſceleratioreſque dixerim. illi enim corpus ab animâ ſe parant, iſti & animam & corpus æternis ignibus mancipant: illi naturali lege neceſſariò morituros, quamuis necati non fuiſſent, occidunt; iſti ſempiternam mortem ijs qui eam vitare potuiſſent, paternâ negligentiâ conſciſcunt: ab illis occiſorum mortem ſuperueniens protinus reſurrectio delet; ab iſtis peremptorum interitui nulla ſalutis ſpes, nullum prorſus ſolatium remanet.*

Contra vitup. vitæ monaſticæ l. 3. tom. 4.

XX. APoſtolus ad Galatas quinto totius pietatis proram & puppim collocat in his duabus Theologicis virtutibus: quarum tam in familiâ quam in Eccleſia vtilitas cum ex prolixis eiuſdem encomijs (Heb. 11. & 1. Cor. 13.) tum ex his breuibus aliorum elogijs perſpici poteſt.

Sicut ſubſtantia fundamentum eſt omnium accidentium, ſic fides omnium virtutum & donorum, ait doctor Seraphicus.

Bonauent. ſerm. de Sanctis in communi.

Fides eſt genitrix bonæ voluntatis & iuſtæ actionis, ait cœleſti manans Ambroſiâ pater Ambroſius.

Ex fide erumpunt bona opera, vt fortiter et neruoſè, more ſuo, reſolutus Lutherus.

Quid verò fortius charitate, non ad retribuendas, ſed ad non curandas iniurias? nam ideò tolerat omnia in præſenti vitâ, quia credit omnia de futurâ vitâ, & ſuffert omnia quæ hîc irrogantur, quia ſperat omnia quæ ibi promittuntur.

Aug. de temp. ſerm. 39.

Charitas libertatem donat, timorem pellit, laborem non ſentit, meritum non intuetur, præmium non requirit, & tamen plus omnibus vrget. Nullus terror ſic ſollicitat, nulla præmia ſic inuitant, nulla iuſtitia ſic exigit.

Bern.

Laſa

Læsa non provocat, sed spreta revocat. Fovet infirmos exercet provectos, arguit inquietos, in officio continet universos

Charitas facit unum decem, et decem unum: solitudinem pluralem, & multitudinem singularem.

XXI. REgnum Dei, siue Regnum gratiæ sola ac certa via ad Regnum gloriæ debet esse non solùm *inter nos*, sed etiam *intra nos*: id est, *in virtutibus interioris hominis*, vt Patres exponunt locum Luc. 17. 21. et nonnulli colligunt ex particulis ἐντὸς ὑμῶν ἐστὶν. Hoc autem vt fiat, sedulò incumbendum est modo positis analogijs atque etiam publicæ verbi prædicationi, sacramentorum participationi et pijs colloquiis. Ab his enim medijs vita spiritualis oritur et augetur: ex his instrumentis chorus omnium virtutum nascitur et pascitur.

Nazianz. Orat. 1. Hier. epist. ad Gaudent. Bern. apolog. ad Guliel. Abbatē.

XXII. DEbet nos exedere Zelus domus Dei (et nostræ propter Deum) exēplo Dauidis typj, et τῦ τυπωθέντος Christi, cuius omnis actio Christiani est instructio. Zelus autem est quadruplex, verus, cœcus, amarus, hypocriticus. primus summâ laude (est enim *indignatio iusta ob læsionem boni amati, & studium læsionem illam legitimè depellendi*: de quo Paulus ait Gal 4. 18. *Zelari bonum est in re bonâ*) secundus commiseratione, tertius ac postremus odio digni sunt. *Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet Constantia. Sit feruidus, sit circumspectus, sit inuictus: nec cedens terroribus, nec succumbens laboribus. Prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, blandire quibus potes. Fac quicquid potes pro personâ quam portas, et perficis*

Parens in Gal. 4. 18. et in Iac. 3. 14.

Bern. in Cant. serm. 20.

Aug tract. 16. in Ioan.

perſicis Zelus Domus tuæ comedit me.

XXIII. VErè Sirachides : *Qualis eſt Rector Ciuitatis, tales ſunt omnes inhabitãtes eam.* τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. Nec falsò Cæſar apud Lucanum Eccleſ. 10. à. Iſocrat.

——*procerum motus hæc cuncta ſequuntur,*
Humanum paucis vivit genus ——*imperio magnus, exemplo maior.* Magni enim viri exemplum eſt quædam coactionis ſpecies, vt videre eſt Gal. 2. 14. *Rex velit honeſta, nemo non eadem volet. Regis ad exemplum etc. Vita Principis cenſura eſt,* (vel potius Cynoſura) *ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Quicquid Principes faciunt, præcipere videntur.* Quamobrem eleganter Rex Alphonſus dicere ſolebat populos ſemper verti atque conformari ad mores Principum, vt flos heliotropiũ ad Solis motum. Eſt enim Princeps inſtar primi mobilis quod omnes inferiores orbes ſecum circumuoluit. *Primũ in vnoquoque genere eſt regula reliquorum.* Sen. Tragicus. Plin. Panegyr. Quintil.

XXIV. SEneca, qui *Portiæ uirilis tibicẽ haud infirmus* vocatur à Lipſio, ſic ſcribit epiſt. 6. *Homines amplius oculis quàm auribus credunt: et longum iter eſt per præcepta, breue et efficax per exempla: Plato et Ariſtoteles, et omnis in diuerſum itura Sapientũ turba plus ex moribus quàm ex verbis Socratis traxit.* Nec abſimilia de Platone et Xenocrate commemorat Plutarchus. *Exaſperat homines imperata correctio, blandiſſimè ſuadetur exemplo. Validior eſt vox operis quàm oris: hoc enim plus valent exempla, quod fieri poſſe docent quod factum eſt. Sermo viuus et efficax exemplum eſt operis, facilè faciens ſuadibile quod dicitur, dum monſtrat factibile quod ſuadetur. Si-* de Conſtant. l. 1. c. 18. Plut. l. de diſcrim. adulat. et amici. Bern. in Cant. ſerm. 59. idem epiſt. 101.

Aug. Epist. 136. *quidem homines ex aliorum factis fieri posse credunt, quod fortè dum putant fieri non posse pigrescunt.*

XXV. REx Dauid, vir secundum cor Dei τῦ χαριστογράφου, dicitur *lucerna Israëlis*: non modò quòd Rempublicam prosperè & feliciter administraret, aut primariam in eâ dignitatem obtineret, sed etiam quòd suis subditis inculpatæ vitæ exemplis ad pietatem præluceret: sicut idem officium proximis præstare tũ Apostoli à Christo, tum Christiani ab Apostolo iubentur: *Vult enim extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, vt Religionem ipsam Religionis disciplina commendet, vt incredulæ mentes errantium ex nostrorum actuum lumine ignorantiæ suæ tenebras deprehendant.*

2. Sam. 21. 17. Martyr in loc.

Hieron. epist. ad Celantiam

XXVI. DE Iulio Cæsare Ethnico sic scribit Iulius Cęsar Christianus: *duæ sunt aquilæ solæ in naturâ rerum: altera bellica laudis, altera literariæ: illa potentiæ, hæc sapientiæ: Cæsar & Aristoteles.*

Scal. exercit. 194. sect. 2.

XXVII. GIdeoni siue Ierubahali vel Ierubesheth (erat enim * trinominis) ipsius antecessor Ehud est adiungendus: nam vt ille militibus suis, *quemadmodum faciam, sic facite* dicebat, Iudic. 7. 17. sic iste satellitibus suis præibat, et vt se sequerentur imperabat. ibid. 3. 28.

* ex collatione locorum Iud. 7. 1. et 8. 30. cum 9. 1. et 2. Sam. 11. 21.

XXVIII. CÆsarem ferunt nunquam dixisse militibus suis, *ite* sed *venite*: et Rex literatissimus Iacobus de illo sic scribit: *I haue euer ben of that opinion, that of all Ethnicke Emperours that euer were, he hath farthest excelled both in his practise and in his precepts in Martiall affaires.* Nec inepte componi potest cum Cæsare Valerius Corvinus, quem

Ire nunc, venire Te Cæsar, non ire iubet —— Lucan. lib 5. v. 487.

Basil. Doron l. 2. sub finem.

quem Liuius hunc in modum loquentem introducit: *Facite mea, non dicta vos milites sequi volo: nec disciplinam modò, sed exemplum etiam à me petere.* Liu. l. 7.
Sed et Pertinax militibus suis dicere solebat *Militemini*, & Seuerus Septimius *Laboremus.*

XXIX. SIc Æneas affatur filium Ascanium apud Poëtam Æneid. 12.

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex alijs ——

Nempe *quid faciendum sit, à faciente discendum est.* Sen. epist. 98.

XXX. BIlbilis est Hispaniæ oppidum, Martialis cunis nobilitatum, vt ipsemet scribit. l. 1. epigr. 61.

XXXI. TAcitus Annal. 4. *Noscenda populi, quem regere vis, natura est, quique eam callet prudens dicitur.* Iuxta illud Salomonis: *diligenter cognosce præsentes pecudes tuas; appone animũ tuum ad greges.* Prou. 27. 23. Vbi alludit ad morem eorum qui pastoritiam vitam exercentes tam exactè pecudes norunt, vt singulas possint nominatim appellare (Ioan. 10. 3.) quemadmodum & Cyrus poterat milites. Quâ præcipiendi ratione satis apertè docet Propheta non nimiùm seruis aut villicis credendũ esse, neque omnia illorum fidei esse committenda: siquidem *oculus Domini saginat equum, et vestigia eius fœcundant agros*, vt olim Persa quidam et Ater rectè responderunt. Οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὁμοίως τῶν ἀλλοτρίων, καὶ τῶν οἰκείων inquit Philosophus. Idem innuit illud à Cicerone celebratum velut ænigma, *frontem occipitio prior em.* Occon. 1.

XXXII. Ὀφθαλμοδούλοι καὶ ἀνθρωπάρεσκοι (quorũ vocabulorum posterius

est prioris interpres) vocantur ab Apostolo qui ad oculum, seu ad intuitum Domini seruiunt: hoc est, qui gratiam Dominorum suorum, dum præsentes sunt, captant, sed illis absentibus, eorum res et negotia non admodum curant. Cuiusmodi seruorum exemplar habemus in seruo, qui Domino suo adventum tardante edebat et bibebat cum ebrijs. Quin et Eumæus ipse, fidissimus Vlyssis famulus monet apud Homerum, seruorum vt plurimum ingenia statim ad fidem Dominis suis exhibendam relanguescere, vtpote quibus absentibus minùs recte officio suo defungantur. At verò Apostolus non solùm ab hypocrisi, sed etiam ab otio et desidiâ eos vult immunes esse, quum ait, *quicquid feceritis, ex animo facite.*

Odyss. 17.

Chrys. in Coloss. hom. 10.

XXXIII. FAmiliare est Scripturæ filialem Dei timorē pro vero eius cultu synecdochicè ponere, quia non tantùm eius præcipua pars est, sed etiam reliquas omnes animi affectiones in officio continet, adeòque fons quidam est omnis iustitiæ et charitatis erga homines: cuius studium ab eo non expectandum esse qui pietate in Deum destituitur, præter hanc expressam Salomonis assertionē, *timore Domini recteditur à malo*, hæc quatuor ostendunt. 1. Dispositio Decalogi, cuius precepta quæ cultum Dei spectant, priorem: deinde quæ iustitiā erga homines seruandā continent, posteriorē tabulā sortita sunt. 2. Locus prou. 10 27. vbi loco eorum qui Deum non timent, substituuntur impij: vt sit idem esse impiū et Deum non timere casto et religioso timore. 3. Testimonia Psalmis et Apostoli, quibus omnis improbitatis fontem designant.

Prouerb. 16, 6.

designāt Dei timoris absentiam: psal. 36. 2. Rom. 3. 18. Denique Abrahami responsio ad Abimelecum: quâ patet eum Gerari hospitantem, tum ab vxoris violatione, tum à sui interfectione ideò tenuisse, quòd arbitratus fuerit ibi esse vacuitatem timoris Dei. Rectissimè igitur iudicabat Constantini Magni parens Constantius, eos solos ex Christianis sibi fore fidos, qui suo fuerant fideles Deo, quique in Religione perstiterant: quandoquidem soli veri Christiani *distinguunt Dominum æternum à Domino temporali, et tamen subiecti sunt propter Dominum æternum etiam Domino temporali.* Nec immeritò secundus Rex Romanorum Numa Pompilius, ad feroces subditos in officio retinendos *primum omnium rem efficacissimam Deorum metum iniciendum ratus est. Sola quippe Religio est quæ hominum custodit societatem*, inquit Lactantius. *Tolle Religionem*, ait Lipsius, *et vita humana stultitiâ et immanitate repleta est. Cultus enim sine cultu Dei.*

Euseb. de vita Const. l. 1. c. 12.

Aug. in psa. 124

Livius lib. 1.

XXXIV. *Nimis iracundè: non decet superbum esse hominem servum*, ait Mercator in Comœdiâ: vt *nec superbum decet esse pauperem hominem*, inquit Siracides capite 25. Hoc animi vitium quo maius aliquid, quàm veritas fert, de nobis ipsis sentimus, se prodit plerumque tum in [a] oculis et supercilijs, tum frequentibus rixis [b] et iurgijs, atque etiam [c] piorum et afflictorum persecutionibus: vel, *incessu, confessu, et excessu*, vt paronomasiarum aucupes loquuntur.

Plautus in Asinaria.

[a] Esa. 3. 11. et 5. 15.

Psal 18. 28. Prou. 6. 17. *professò oculis animus inhabitans.* Plinius l. 28. c. 37.

[b] Prou. 13. 10.

[c] Zephan. 2. 10.

XXXV. Hoc Hieronymi de mulieribus [d] *æstuans, mores et studia Dominarum plerumq; ex ancillarum et comitum moribus iudicat.*

[d] Psal. 10. 2. Epist. ad Demetriadem, et in Epitaphio Marcellæ.

ri, et qualis quæque sit, talium in consortio delectari, de viris quoque analogicè intelligendum est: quisquis enim domui suæ non benè præest, eius authoritas in publico vilescit, prout innuit Paulus 1. Tim. 3. 5. et quia scelera seruorum in Dominos redundant, ideò veniunt ob administros in vulgi odium et cõtemptum. Quippe quod per hæc trita proverbia, *qualis Rex, talis grex: vt Sacerdos, ita populus: Citharœdo Principe Adimus nobilis: à bono maiori discit arare minor*, et id genus alia plurima, subinde significare soleat hanc fabam in superiores potissimùm cudendam, vtà quibus inferiorum suorum vitia profluxerint. Quocirca, vt rectè quidam monet, *conuersatio sua casta sit et cauta, ne fortè cùm mala vita non sit per lasciuiam, mala sit fama per negligentiam*: et vt Ouidianis verbis vtar,

Iulianus lib. de viduitate.

quod non est, ne videare vaut.

Duo quippe Christiano necessaria sunt vt sibi et alij prodesse queat: *bona conscientia propter seipsum, bona fama propter proximum*: μὴ μόνον πρὸς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους φανῆναι. In hoc enim seipsum exercuit Apostolus, vt semper haberet conscientiam sine offendiculo apud Deum & apud homines: *sedulò cauens & sibi à peccato, et hominibus à scandalo.*

Clemen. Alex. Pædag. l. 3. c. 11.

Act. 24. 16. & 2. Cor. 8. 21.

Bern.

XXXVI. *Virum fidelem quis inueniet?* ait Prou. 20. 6. paræmiastes: & *seruum fidelem quis reperiet?* inquiunt alij. Nam quod olim de bonis Principibus dictum, id de probis seruis affirmandum videtur, *eos omnes in vno annulo posse perforari et quæ depingi*. Vnde illud (Catonis maioris, si Muretο fides) apud Senecam prouerbium,

Vopiscus in Aurel.

quot

quot serui, tot hostes: & quid Seruitium, quot servi, tot fures. Verùm non mirum est tam rarios nunc dierum inueniri Eliezeros, cùm pauci admodùm sint hac tempestate Domini, qui vel Abrahamum famulos suos quantumuis numerosos in pietate & institutem, eisque vt viam Iehouæ obseruent præcipientem: vel Iacobum à domesticis suis peccatorum illecebras & instrumenta remouentem: vel commentarienſem, ſeu vinctorum custodem, quòd cum vniuersâ domo suâ credíderit, exultantem: aut Salomonem sapientiam suam famulis impertientem (quam tantam sanctæ disciplinæ felicitatem ipsis inuidebat admirabunda Regina Sabæ:) vel denique Dauidem diligenti & propria, seu personali circumspectione (non enim dicit *oculi meorum*, sed *oculi mei ad fideles in terrâ, &c.*) fideles homines conquirentem, & vel ab vltimis Regni oris accersentem imitari velint. Hoc enim vilissimi metalli æruo, hac sæculorum læce *probitas laudatur & alget*: aue potiùs, vt neotericus Epigrammatista,

Improbitas tanti, probitas tam denique parua
Penditur, vt probrum prope sit esse probum.

Scipio pift. 47. Sero. ad Eclog. 3. Virg.

* Armauit vernas suos instructos, &c. id est, cum de iure humanæ expeditionis, tum de religione informatos. Iun. in Gen. 14. 14.

Gen. 18. 19. & 35. 2.

Act. 16. 34.

1. Reg. 10. 8.

Psal. 101.

Iuuen. Sat. 2.

Owen.

XXXVII. DE Noha seruis & ancillis pro certo credendum est, nam Scriptura negat: de Lothi verò credibile, nam Scriptura tacet.

1. Pet. 3. 20. & 2. Pet. 2. 5. Gen. 19.

XXXVIII. NOtum est fere pagina Sanctorum librorum, inquit Augustinus, *ius quâ non sanet quòd Deus superbis resistit.* Cur autem superbiæ potius quàm vlli alij vitio resistere dicatur (nempe κατ' ἐξοχὴν καὶ κατ' ἐξοχὴν) quatuor causas assignant Theologi. 1. Quia solæ superbiæ

De doct. Christ. l. 3. c. 23.

De Ciuit. l. 14. c. 13. perdia quam Augustinus definit *peruersa celsitudinis appetitum*, ascendit, rectà tendens ad Deum eique resistens, cùm reliqua vitia recedere potiùs à Deo videantur, & ad creaturas descendere. *Cætera vitia Deum fugiunt, sola superbia Deo se opponit*, eius voluntati ac regulæ subijci nolens. 2. Quia sicuti

Boetius apud Thom. 2. 2. q. 162. art. 6.

Ibid. art. 8. est peccatorum omnium vniuersalissimum, *Vniuersalem quandam influentiam habens in omnia peccata*: ita etiam est longè nocentissimum, omnia quibus permiscetur, instar coloquintidæ, corrumpens & inficiens, salubriaque animarum pabula in venena vertens, ac lethalia reddens. Nam

Si tibi gloria,
Si Sapientia,
Formaque detur:
Destruit omnia,
Sola superbia,
Si comitetur.

Chrysost. in Matth. Hom. 65 *Mille virtutibus affluens propter arrogantiam felicitatem amisit.* 3. Quia est tam impudens vt non parcat personæ, tempori, loco: ipsos enim Angelos,

Vide Bern. in Cantica, ser. 54. etiam ante lapsum, in cœlo ipso, in ipsâ Dei Regiâ inuadere ausa est: adeò vt de superbiâ dicere potuerit Deus, *an etiam filios meos adorsura esset coram me in cœlo?* quemadmodum Assuerus de Hamane

Hest. 7. 8. dixit, *an etiam Regina vim illaturus esset apud me in domo?* Sed & eodem carbone notari debet hoc vitium, quo Christus iudicem iniquum denigrauit, dicens, *Neque Deum timet, nec hominem vllum reueretur.* Nec enim illud vel Dauidis, Ezechiæ, Iosiæ

Luc. 18. 2. 1. Chron. 21. 1. 2. Chro. 32. 25. 2. Chro. 35. 22. 3. Esdr. 1. 28. zelus, integritas & sanctimonia, vel vllius in terrâ iusti summouet pietas & innocentia: quin vt canum

num mos est precioſiſſima quæque ſtragula permingere, ſic eſt ſuperbiæ indoles præclariſſimas Sanctorum actiones inquinare. *Cætera peccata in malis operibus inſidiantur vt fiant: ſuperbia bonis operibus inſidiatur vt pereant.* Aug. epiſt. 109.

4. Quia quàm difficilè cauetur propter latentiam, tam ægrè ſanatur propter pertinaciã, vti videre eſt tum Pauli, licèt ærumnoſiſſimi hominis, confeſſione, tum hac non neminis ex ſuperbiæ ſedem occupantibus ad ſuperbiam apoſtrophe; *inter omnia vitia tu ſemper es prima, ſemper es vltima: nam omne peccatum te accedente committitur, & te recedente dimittitur.* Vt mors eſt vltima hoſtis in nobis abolendus, ita ſuperbia eſt vltimũ vitiũ in nobis deſtruendum. Eſt inſtar cordis in homine, *primum viuens & vltimum moriens*, optimoque iure τελευταῖος χατὼν vocatur à Platone. 2 Cor. 12. 7. Interdum ſubtrahitur gratia, ſiue retrahitur, non pro ſuperbia quæ iam eſt ſed quæ futura eſt niſi ſubtrahatur. Bernard. Innocent. 3. de cootemptu Mundi l. 2. c. 31.

Cum benè pugnaris, cùm cuncta ſubacta putaris,
Qua magis inſeſtat vincenda ſuperbia reſtat.

Reliqua vitia in peccatis, ſuperbia verò etiam in benefactis timenda eſt. Aug. epiſt. 56. Cæterùm ipſum quoque fulmen ac leonem ſuperbiæ quodammodò reſiſtere, humiliati verò parcere docent naturæ Conſulti: Sic enim de illo Seneca; *teneris & rarioribus parcit, quamquam & flammis opportuna videantur: quicquid autem in ligno ſolidum inuenit, vt conſumax vincit.* Sen. Nat. quæſt. l. 2. c. 52. De iſto ſic Plinius: *leoni tantùm ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit; & vbi ſauit, in viros priùs quàm in fœminas fremit, in infantes non niſi magnâ fame.* Plin. Nat. Hiſt. l. 8. c. 16.

XXXIX. SIc Henricum quartum indigitat illuſtriſſimus Author Torturæ Torti, & Tort. pag. 275.

huius doctissimus assertor eundem vocat *fortissimum præstantissimumque Regem, & belli & sapientiæ artibus clarum, qui sexagesimo ex prælio victor excesserat.* Vide iis Imperatoris Byzantini Mahometis 3. ad hunc Regem epistolam an. 1603. apud Rodolph. Botereium Comment. tom. 2. lib. 10.

D. Collin. Increpat. Eudemon. part. 2. cap. 12.

XL. A Varijs exteratum nationum Scriptoribus Gallia dicitur *beata* a *Orbis terrarum splendor, sedes* b *pietatis, schola humanitatis, gemma & decus Orbis terræ,* c *Regnorum Regnum, Regnum in Orbe* d *Christiano longè pulcherrimum, id* e *esse in Europâ quod Europa in terrarum Orbe,* &c. Quibus elogijs, si vnquam, digna fuit regnante Henrico illo Magno: qui quod pollicebantur anagrammata sua præstans Ouidianum illud comprobauit,

Conueniunt rebus nomina sæpe suis.

Imò & Salomonicum; *ô te beatam Regionem cuius Rex natus est clarissimis* f id est, *liberaliter institutus, in administratione Regni benè informatus, & rerum gerendarum peritus.* Vide Bezam, Mercerum, Iunium, Lorinum, aliosque in Eccles. 10. 17.

a Buchan. epig. Iambici.
b Lipsius epist. ad Fronton. Ducæum Iesuit. *Templum humanitatis* ab Euphormione Satyrico. Icon. animorum c. 3.
c Lipsius cent. 2. Epist. 88. ad Casaubon.
d Tilen Contr. Bellar. Controuers. 1. l. 1. c. 7. Nota 12.
e Bertius in Geograph descrip. Galliæ.
f *Borbonius* bonus Orbi. *Henry de Bourbon* De bon Roy, bon heur.

XLI. O *mnis* g *vis virtusque leuium hominum in linguâ sita est.* Talis erat Aristogiton qui Martem in linguâ duntaxat habebat: talis Vlysses qui tantùm loquendo valebat: tales Pharisæi, qui dicebant quidem, sed non faciebant. At Iesus & fecit & docuit, viâ ipse calcauit quâ alijs inculcauit, mores quos extulit retulit: *vti iussit, ita gessit:* in verbis Chrysostomus, in factis Polycarpus. Quē imitat' Apostol' hortatur Philippēses vtea cogitent quæ & audiuerāt & viderant in se. *Eū tibi deligas Magistrum, quem magis mireris quum videas quam quum*

g Seneca.

quum audiat. Spectemur agendo dicebat olim Aiax. *Non in verbis ſitum eſt Regnum Dei, ſed in virtute:* 1 Cor. 4. 20.
neque enim Euangelium verba ſunt, vt lucus ligna, quemadmodũ ait Flaccus. Nec tam quid dixerint quàm quomodo vixerint homines in iudicio rogabuntur.

De virtute loqui minimum, virtutibus uti
Hoc Samſonis opus——

Sermo datur cunctis —— ἀνδρία τα μὲν
τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ πρᾶξις κοσμεῖ.

XLII. IMò vel vnico mancipio (ſi tantum vnicum foret in nequitiâ deprehenſũ)

Ne mala vicini pecoris contagia laedant,
Morbida namque pecus totum corrumpit ouile.

Non enim huc pertinere ἷς ἀνὴρ, ὠδὶς ἀνὴρ, probatur et tremendo Hacanis exemplo, et his Apoſt. olorum verbis: *an neſcitis paululo fermenti totam maſſam fermentari?* et, *exiguus ignis quantam materiam incendit!* Nam vt quandoque liberatur Ciuitas per vnius ſapientiam, ita nonnunquam euertitur *vnius ob noxam.* Ioſ. 7. 1. Cor. 5. 6. Iac. 3. 5. Eccleſ. 9. 15.

XLIII. NEque enim hoc probroſũ ſibi fore duxit Propheta Regius cùm clamaret, *diſcedite à me omnes operatores iniquitatis,* pollicereturque ſe non paſſurum vt quiſquam fraudulentus intra Regiam ſuam habitet, ſed exciſurũ impios terræ, eoſque *omnes*, id eſt, ſine perſonarum acceptione, quantumuis ſolertes et rebus gerendis accommodos: et *manè*, hoc eſt, celeriter, maturè, abſque cunctatione, antequam altiores egerint radices. Hoc enim ſenſu particula *mane* eſt diuinum Pſal. 6. 9. et 101. 8.

aduerbium (vt loquuntur) et Diabolicum verbū. Vtinam ergo ſinguli Patres-familiàs ſuis Ædibus præfigerent ac ſtrictè obſeruarent hoc ſymbolum, *nemo pietatis expers hîc committitur*, ſicut Platonem ferunt Scholæ ſuę portis olim inſcripſiſſe, *nemo geometriæ ignarus ingrediatur*, et Auguſtinum illi mēſę, cui cibum capturus accumbere ſolebat, hoc diſtichon inſculpi curaſſe,

Poſidon. in vita Aug. c. 22.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere famam,
Hanc mensam vetitam nouerit eſſe ſibi.

Iliad 9. XLIV. EGregiè Homericus Achilles ad Vlyſſem

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.

Tam grauis ille mihi niger quàm limina ditis,
Ore aliud profert, aliud qui pectore condit.
Foris Cato, intus Nero, totus ambiguus.
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes,
Deut. 32. 33. *Impia ſub dulci melle venena latent.*
Simulata ſanctitas eſt duplex impietas.
Malus vbi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus.
Virg. Aneid. 4. *——quantum vertice ad auras*
Æthereas, tantum radice ad Tartara tendit.

XLV. NOta eſt hiſtoria philoſophi Anaxagoræ, et fabula de vulpe: ille niuē nigri coloris eſſe, ſenſibus ſuis fidem abrogans, affirmaſſe fertur: iſta coruū blanditijs ſuis ac falſis laudibus decepiſſe fingitur: ille calumniatorum, iſta adulatorum gerit perſonam: illos vel Diaboli nomen, cui apud Græcos cognomines ſunt, ſatis infames

fames reddit; istos verò Plutarchus eleganter χαρακτηρίζει, et hoc appositò simili à veris amicis, quorum speciem et laruam artificiosè induunt, euidentissimè dispescit: *vt Patroclus in belli proditurus reliqua quidem Achillis arma sibi sumpsit, solam hastam, vt grauem ac prænalidam non attigit: ita adulator omnia veri amici Symbola imitatur, præter solam admonendi et reprehendendi libertatem.* lib. de discrim. adulat. et amici.

Huc etiam referri possunt hæc decantata Diogenis Cynici apophthegmata, qui dixit malle se incidere εἰς κόραξας ἢ εἰς κόλακας, quòd illi duntaxat mortuos; isti viuos ipsos deuorarent: et rogatus quenam bestia pessimè morderet, respondit *è feris calumniator, è ciuibus adulator*: nec non illud Gregorij, *adulator scorpio est, qui palpando incedit, sed candâ ferit.* Est similis falci quæ dum amplectitur scindit. Summa summarum est, vtrosque esse toto pectore execrandos, et corpore animoque diligenter auersandos, cùm constet eos vocare bonum malum, et malum bonum, facereque, quod de Autolyco scribit Ouidius, Vterque canis est, calumniator enim mordet sanos, adulator lambit victos. Metam. 11.

Candida de nigris, et de candentibus atra.

XLVI. SPiritus Sancti donum aliud est *reprimens*, aliud *renouans*: illud reprobis cum electis est commune, hoc pijs est proprium, Gen. 20. 6. Hest. 5. 10. Psal. 51. 12. Ephes. 4. 23.

XLVII. IMò et criminis suspicionem, iuxta illud Cæsaris memoratu dignum, *meos tam suspicione quàm crimine iudico carere oportere*: et Liuiæ ad Augustum suum apud Dionem, Suet. l. 1 c. 74. Vide. 1. Thess. 5. 22. et Iud. v. 23.

δεῖ σε μὴ μόνον μηδὲν ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ δοκεῖν.

Bern. de Consider.

Abſtinere debemus tam à ſpecie mali, quàm à ſpecie malâ, quàm ab ipſo malo : quicquid malè coloratum fuerit acutare.

Gen. 18. 32. Pſal. 106. 23. Ierem. 5. 1. Ezech. 22. 30. Prou. 11. 11.

XLVIII. REmouet malum et promouet bonum, illùd aufert et iſtud affert, aduehit gratias priuatiuas et poſitiuas, miſericordias redimentes et redimientes : vt luculentiſſimè demonſtrant et plurima Scripturæ teſtimonia, et exempla Iacobi, Ioſephi, Dauidis, Danielis, Elizęi, Mordochæi, Pauli : vt taceam anonymã illam vxoris Naamanis ancillam, de quâ 2. Reg. 5. Quemadmodũ igitur propter Domini Arcam benedicta

2. Sam. 6. 11. fuit domus Obed-Edom ; ita non rara familia propter pium ſeruum : quem quiſquis nactus eſt, maiori cum ratione et ſucceſſu ſperare poteſt Dei

Iudic. 17. benedictionem, quàm Mica ſperabat ob ſuum Leuitam : ſiquidẽ *vir iuſtus attrahit Iehoua benevolentiam* tum ſuper ſe, tum ſuper alios, *eiuſque oratio magnâ vi pollet* et pro ſe, et pro alijs.

Prou. 12. 2. Iac. 5. 16.

Gen. 24. 12. 27. 52. Pſal. 101. 6. Act. 10. 7.

XLIX. VT ſeruiebat Abrahamo, Dauidi, Cornelio : neque enim dubium eſt Sanctiſſimum Regem ſtetiſſe promiſſis, vt vt deceptus fuerit in Achitophele.

Philem. 11.

L. PAulus Oneſimum ſeruum fugitiuum, ante conuerſionẽ ipſius vocat ἄχρηστον, inutilem : poſt conuerſionem demum εὔχρηστον, vtilem ſibi fuiſſe dicit, ac talem Domino ſuo deinceps futurum veraciter prædicit (hic eſt enim ille frugi Oneſimus de quo poſteà ſcribit Coloſſ. 4. 9.) quaſi dixiſſet :

ὀνήσιμος vtilis, ab ὄνημι Profum, iuuo. *fateor quidem tum hactenus fuiſſe nomine duntaxat Oneſimum : interim tamen ſpondeo eum tibi talem in poſterum*

ſterum forè tam re quàm nomine. Hinc colligere licet ſolos pios et ad Deum per ſeriam reſipiſcentiam conuerſos vero emolumento eſſe Dominis ſuis: de ſolo enim pio verum eſt illud pſaltis, *quicquid faciet proſperabitur*: quodque idem Propheta de fortunæ, vt vocant, bonis, id de corporis animique donis ac dotibus affirmari poſſe experientia docet; *bonum eſt parum tuique iuſto pluſquam copia ſua improbis multis*, vt vertit Iunius: vel, *melius eſt parum iuſti quàm copia improborum multorum*, vt reddidit Piſcator. Denique ſola *pietas ad omnia vtilis eſt, vt quæ promiſſiones habeat tam huius quàm futuræ vitæ.* Pſal.1.3. Pſal.37.16. 1.Tim.4.8.

LI. EX eo quòd placuit Spiritui Sancto parentum nomenclaturâ quoſuis ſuperiores cõprehendere, nec non eâdem voce Dominum indigitare quâ pater, eâdemque ſeruum exprimere quâ filius quandoque deſignatur; diſcimus Dominorum partes eſſe ſeruos ſuos paterno affectu et curâ proſequi, ſicut viciſſim iſtos illis filiale obſequium præſtare par eſt. Idem iudicium de mutuo Principum ac ſubditorum officio: nam & Debora *Mater in Iſrael* nominatur, & pius Ezechias ſubitos ſuos blandâ *ſeliorum* appellatione demulcet, & Reges ac Reginas fidelium *nutricios & nutrices* fore prædixit Eſaias. Vt autem Domini erga famulos ſuos, præſertim pios (qui non amplius pro ſeruis quibuſuis & communibus, ſed ſupra ſeruos ordinarios haberi & tractari debent) ſe faciles & benignos præbeant, moueantur 1. Ipſi° Iehouę Regis Regũ, & Domini Dominantiũ præcepto per manſuetum Moſem et mitiſſimum Paulum promulgato. 2. Notatu dignis πολυλόγοις Exod.20.12. 2 Reg 5.13. Matth.8.6. Iudic.5.7. 2 Chron.29. 11. Eſa.49.23. Philem.16. *Gratius eſt nomen pietatis quàm poteſtatis: ideo familia magis Patres, quam Dominos vocantur.* Tertull.Apol. c.34. Leuit.25.43. 46. Eph.6.Col.4.

Salomonis

Salomonis verbis (prouerb. 12.9.) nam si iustus curat vitam iumenti sui, quantò magis fidelis famuli? quo argumenti genere (à minore ad maius) in re non absimili vtuntur Christus et Paulus. 3 Egregio Iobi exemplo, ad quod respicere videntur præclara illa verba Platonici Regis ad primogenitū illum suum, de quo, dum viueret, à multis bona multa verissimè dicta, et meliora prædicta fuerunt: quæ procul dubio præstitisset, nitam citò Deus Cœlitibus illum addidisset. 4. Exemplo laudatissimi à Christo Centurionis, cuius non vltima laus est quòd ei seruus esset pretiosus, ideòque tanto studio curauit eius valetudinem: *magis enim honorabat Dei imaginem in homine, quàm opus captiuitatis contemnebat in seruo*, inquit Chrysostomus. Vltimò tū tertiatā Siracidæ, tū prolixè inculcatā Senecæ exhortatione, ac Vlyssis protestatione, pollicentis Eumæo et Philœtio, qui ex omnibus famulis soli in officio perstiterant, eiusq; reditum summoperè optarant, ipsos Telemacho filio socios fratresque futuros.

Matth. 6. 26. 1. Cor. 9. 9. Iob. 31. 13. 14. 15. *Foster true humilitie, and banish pride, considering you differ not in substance, but in vse, and that only by Gods ordinance, from the basest of your people.* Basil Doron. l. 2. no longe a fine. Eccl. 4. 34. et. 7. 21. et. 33. 31. Sen. epist. 47. Hom. Odyss. 21. v. 216.

LII. Ὀ τρέχει ἀναβολὴν ὁ ζῆλος. Sed *statim parat aures auditui, linguam voci, pedem itineri, manum operi, cor præcipienti*: nec minùs Deo placere studet properando quàm operando. Quantum moræ addis, tantum obedientiæ detrahis:

Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.

Hoc habet stultitia inter cætera, quòd semper differt. Bonum quod offertur, aufertur dum differtur.

Quis scit an adijciant etc.

Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Modò et modò non habent modū. Vide Casaubonum in illa Persij verba, *ecce aliud cras egerit hos annos.*

Nazianz. orat. 18. in laudem Cypriani Bern. Ouid. de Pōto. l. 3. eleg. 4. Seneca. Satyra 5. v. 69.

LIII.

LIII. MAndata Paull. 1. Cor. 6. 20. et 10. 31. cum vniuersos homines, tum maximè eos obstringunt qui aliis præficiuntur: quandoquidem hi Dei imaginem viceſque in terris gerunt, ac propterea quantũ potentiâ et dignitate ſuos ſubditos antecellunt, tantum eoſdem ſanctimoniâ ſupergredi debent. Hoc ipſum agnouit pientiſſimus Dauid, vbi non alium in finem experit longiorẽ vitam, quàm vt Deum laudet (linguâ, corde, manu) exemploque ſuo ad idem officiũ alios impellat, iuxta celeberrimam Chriſti ſanctionem. Matth. 5. 16: Pſal. 119. 175.

Quid vnquam tam ſuperbum, quid tam ingratum videri poteſt, quàm aduerſus eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? Quàm illius præcepta deſpicere, qui ideò aliquid imperat, vt remunerandi cauſas habeat? Neque enim obſequij noſtri Deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio. Hieron. epiſt. ad Celantiam.

LIV. O *quàm immenſa lætitia eſt de recordatione tranſactæ virtutis! Rerum actarum memoria viro bono eſt iucunda, et ſpes futurarum bona: malos autem aſſidnè ſuarum actionum pœnitet. Stimulus memoriæ punget ad pœnam, quos aculeus nequitiæ ſtimulauit ad culpam.* Bern. in feſtiuit. omnium S. ſerm. 2. Ariſt. l. 9. c. 4. Ethic. Innocent. 3. de contẽptu Mundi, l. 3. c. 2.

Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus, hoc eſt
Viuere bis, vitâ poſſe priore frui. Mart. l. 10. epig. 23.

LV. VT fuit Ioſiæ (2. Reg. 22. 20.) et cæteris omnibus pijs futuram colligimus ex locis Eſa. 57. 1. 2. Tim. 4. 8. Apoc. 14. 13. etc. Hinc illud commune votum ac deſiderium eorundem ommium, qui è corpore excedere, et (cum Apoſtolo) ad Dominum concedere geſtiunt: *quis enim alius noſter eſt finis, niſi peruenire ad Regnum*

cuius nullus est finis] inquit Augustinus, finiens operosissimum opus de Ciuitate Dei.

LVI. AD pernicissimum Angelorum motum designandum, obsequiosamque in capessendis diuinis mandatis alacritatem adumbrandam pertinent alæ, quas Scriptura συμβολικῶς ipsis appingit.

Esa. 6. 2. Apoc. 8. 13. & 14. 6.

FINIS NOTARVM.

APPENDIX

APPENDIX AD NOTAS, COLLECTA EX PATRIBVS, ARISTOTELE, PLVTARCHO, SCRIPTVRA:

quam, vt olim Sponſus optimum vinum, ad finem vſque conuiuii ſeruauit Author, κακὸς Νὶς μέσσον ἴλασσι, *more Neſtoreo.*

S. Auguſt. de Ciuit. Dei. l. 19. c. 16. & ſententiâ 165. apud S. Proſperum.

ETſi habuerunt ſeruos inſti Patres noſtri, ſic tamen adminiſtrabant domeſticam pacem, vt ſecundum hæc temporalia bona filiorum ſortem à ſeruorum conditione diſtinguerent: ad Deum autem colendum, in quo æterna bona ſperanda ſunt, omnibus domus ſuæ membris pari dilectione conſulerent. Quod naturalis ordo ita præſcribit, vt nomen Patris-familias hinc exortum ſit, et tam latè vulgatum, vt inique etiam dominantes hoc ſe gaudeant appellari, Qui autem veri Patres-familiâs ſunt, omnibus in familia ſuâ tanquã filijs, ad colendũ & promerendum Deum conſulunt, deſiderantes venire ad Cæleſtem Domum, vbi imperandi neceſſarium non ſit officium: quò donec veniatur, magis debent Patres quòd dominantur, quam ſerui tolerare quòd ſeruiunt.

Idem tractatu 51. in Euang. Ioannis.

Ioan. 12. 26. *Quum audiris, fratres, Dominum dicentem, vbi ego sum, illic & minister meus erit: vnusquisque Pater familiâs hoc nomine agnoscat paternum affectum familiæ suæ se debere pro Christo & pro vitâ æternâ, suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat disciplinam: ita in domo suâ Ecclesiasticum & quodammodò Episcopale implebit officium, ministrans Christo vt in æternum sit cum ipso.*

Idem tract. 7. in 1. epist. Ioan.

Si qui fortè vultis seruare charitatem, fratres, ante omnia ne putetis abiectam & desidiosam, nec quadam mansuetudine, imò non mansuetudine, sed remissione & negligentiâ seruari charitatem. Non sic seruatur. Non putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non cædis: aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam: aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis: non est ista charitas, sed languor. Feruet charitas ad corripiendum, ad emendandum: si sunt boni mores, delectent: Si sunt mali, emendentur, corrigantur. Amor sanit, charitas sanit. sanuit? quomodo? sine felle, more columbino, non coruino.

Idem ibidem tract. 10.

Amor ipsius dilectionis non te permittit negligere indisciplinatum, & fit quodammodò quasi diuersus fructus & contrarius, vt aliquando odium blandiatur, & charitas sæuiat.

S. Hieron. epist. ad Celantiam.

Familiam tuam ita rege & compone, vt te matrem magis

magis timorem, quàm Dominum videri velis, à quibus benignitate potius quàm seueritate exigere reuerentiam. Fidelius & grauius semper obsequium est, quod ab amore, quàm quod à metu proficiscitur. Grandem vim obtinet vera dilectio: & qui perfectè amatur, totam sibi amantis vindicat voluntatem. Nihil est imperiosius charitate

Idem epist. ad Demetriadem.

Eunuchorum tibi & puellarum ac seruulorum mores magis eligantur quàm vultuum elegantia, quia in omni sexu & ætate, & truncatorum corporum violentâ pudicitiâ, animi considerandi sunt: qui amputari nisi Christi timore non possunt.

Tunc vitia vitia deputanda sunt, quum Dei amore vincuntur, Aug. de Ciuit. l. 2. c. 16.

S. Chrysost. hom. 22. in Matth.

Sicut habent Domini quod imitentur in Centurione propter misericordiam: sic habent & serui quod imitentur in puero, propter innocentiam. Qualis autem, putas, erat ille puer, vt sic amaretur à Domino? Secundum dilectionem Domini mensurate fidem serui. Nec enim possibile erat vt sine precio bonorum morum tantam sibi dilectionem Domini comparasset. Domini ergo seruis debent amorem propter communem naturam: serui autem debent Dominis suis timorem propter ordinationem diuinam. Et in seruis Christus amatur à Dominis, & in Dominis Christus timetur à seruis.

Vir sanæ mentis non vtitur famulis suis tanquam iumentis: nam vt seruos Dominis suis non solum bonis & clementibus, sed morosis etiam & prauis eum omni metu subiicis vult Petrus: ita æquitatem, patientiam ac benignitatem erga seruos a Dominis exigit Paulus. Clem. Alexandr. Pædagogi l. 3. c. 11.

Idem in Ephes. 6. hom. 22.

Comparasti seruum? impera ei quæ ex Deo sunt, & ei congruunt: vt sit mitis in conseruos, vt virtutis magnam habeat rationem. Vniuscuiusque domus est Ci-

nitas, vnusquisque est Princeps & Rector sua domus. Et id quidem euidens est in domo diuitum: vbi sunt & agri & procuratores, & praefecti supra praefectos. Ego autem etiam domum pauperum dico esse Ciuitatem.

Maiores nostri domum priuatam Rempublicã esse iudicarunt. Sen. epist. 47.

Idem ibid. hom. 21. in morali.

Si qui vnum talentum defodiens nihil lucratus est, sic punitur, perspicuum est quòd virtus propria non sufficit ad salutem, sed alterius etiam virtute opus est. Magnam ergo curam geramus & vxorum, & liberorum, & famulorum, & in nobis ipsis & illis componendis Deum rogemus, vt ad eam rem nobis opem ferat. Si viderit nos hoc curare, & de hoc esse sollicitos, opem feret. Sin nullam habere eius rei rationem, manum non porriget. Non enim dormientibus nobis dat auxilium, sed ipsis quoque laborantibus. Nam adiutor non est otiosi adiutor, sed eius qui ipse quaque operatur.

Idem aduersus vituperatores vitæ Monasticæ lib. 3. Tom. 4.

Non absre B. Paulus ingiter admonet dicens, Patres educate filios vestros in disciplina & monitis Domini. *Si enim nos ipsi quoque vigilare iubemur tanquam pro animabus illorum rationem reddituri, quanto magis pater qui genuit, qui educauit, qui cum illis domi semper conuersatur?*

Idem in Genesin. homil. 6. Tom. 2.

Omnia quæ in Ecclesia dicuntur retineamus, dilectissimi, ac domum reuersi. duplicem mensam apponamus,

mus, vnam tiberum, alteram ſacra lectionis: & vir quidem ea quæ dicta ſunt repetat, vxor autem ediſcat: audiant liberi, neque famuli eâ lectione fraudentur. Domum tuam effice Eccleſiam: ſiquidem & liberorum & famulorum ſalutis eſt tibi ratio reddenda. Et quemadmodum à nobis exigetur ratio pro vobis: ſic ab vnoquoque veſtrum pro famulo, pro vxore, ac pro filio ratio repoſcetur.

S. Bernardus epiſt. 279. ad Henricum Comitem.

Ad hoc Te conſtituit Principem ſuper terram Princeps Regum terræ, vt ſub eo & pro eo bonos foueas, malos coërceas, pauperes defendas, facias iudicium iniuriam patientibus. Si hæc facis, opus Principis facis: & ſpes eſt vt tuum Deus dilatare & roborare velit principatum. Si non, timendum tibi ne hoc ipſum quod videris habere honoris & poteſtatis auferatur (quod abſit) à Te.

Idem de Reſurrect. Domini ſermone 2. & de Conſiderat. ad Eugenium. lib. 2. cap. 7.

Paſce mente, paſce ore, paſce opere: paſce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. Monſtroſa res eſt gradus ſummus & animus infimus, ſedes prima & vita ima, ſermo multus & fructus nullus, vultus grauis & actus leuis, ingens authoritas & nutans ſtabilitas. Quam exhortationem ad Magiſtratus quoque Politicos pertinere tam certum eſt, quàm notũ eos appellari ποιμένας λαῶν, nõ ſolũ ab exoticis

exoticis, sed etiam à Sacris & Ecclesiasticis Scriptoribus.

Eusebius Cæsariensis de vitâ Constant. l. 1. c. 11. Constantium Imperatorem Constantini Magni parentem in hæc verba locutum refert.

Quomodo fidem erga Imperatorem seruare poterunt inuiolatam, qui aduersus Deum Opt. Max. perfidi esse manifestè conuincuntur? pij autem homines ac Deo suo adhærentes in præcipuis maximèque necessarijs amicis & familiaribus numerandi sunt, multóque pluris quàm ærariа ingenti thesauro referta meritò æstimandi. Iuxta illud Nazianzeni, *seruus fidelis est protectio fortis, munitum palatium, vinus thesaurus.*

Aristot. apud Laërtium lib. 5.

Parentes qui liberos erudiunt longè honorabiliores sunt ijs qui solùm genuerunt: hi enim viuendi tantùm, illi etiam benè beatéque viuendi authores sunt.

Idem Oeconom. l. 1. c. 5.

Cùm optima et præstantissima domesticarum facultatum pars sit seruus, is ante omnia probus futurit parandus, siue præpositus sit, siue operarius.

Idem ibidem.

Ad opera facienda seruorum natio maximè opportuna est ea quæ neque ignaua, neque nimis fortis sit: nã & ignaui nihil tolerant & animosi difficulter reguntur,

Et mox quatuor seruis deberi dicit, ἔργον, ἀργίαν, μισθὸν, χόλασιν: op°, otiũ, mercedẽ, animaduersionẽ.

1. OPVS:

1. *OPVS: Dominus enim non in possessione, sed in vsu seruorum constituit*, οὐδὲ ἐν τῇ κτήσει τοὺς δούλους, ἀλλ' ἐν τῇ χρήσει θεῖναι βούλεται. *Nihil agendo male agere discimus*, inquit Cato. *Multam malitiam docuit otiositas*, ait Sirucides. *Fugienda est otiositas, mater nugarum, noverca virtutum*, vt recte Bernardus: et *nihil ἐργαζομένους fieri περιεργαζομένους* eleganter et veraciter monet Apostolus: *Omnino enim necesse est vt curiosus sit, qui cùm operari posset otiosus est.*

Polit. l. 1. c. 7.

Eccles. 33. 29.

2. Thess. 3. 11.

Chrysost. in loc.

Quaritur Aegisthus &c.

Quaritur & Dauid quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat.
Nam Venus otia amat: fortem qui quaris Amori,
Cedit Amor rebus: res age, tutus eris.
Desidiam puer ille sequi solet: odit agentes:
Da vacuae menti, quo teneatur, OPVS.

Ouid. de remedio Amoris, l. 1

2. *OTIVM*: Nam, teste eodem poëta,

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
Immodicus contrà carpit vtrumque labor.
Quod caret alternâ requie durabile non est.

Quam ob causam non vigilia modò, sed et somnus inuentus est: neque sine serenitate tempestas: neque seria tantùm negotia, sed & feria. Nec in animalibus solùm, quin & in rebus animâ carentib⁹ id deprehendas: nã et arcus & iras remittimus vt intendere possimus.

Plut. de educat. puerorum.

Dies festi ac geniales magis propter seruos quam propter liberos fuerunt instituti, inquit Philosophus. Quod congruit cum iure Diuino: nam seruorum à laboribus immunitas vna est causarum cur Deus voluerit diem Sabbathi esse feriatum.

Oecon. l. 5.

3. *MERCEDEM*: nempe victum & vestitum, seu victum & pecuniam. *Dignus enim est operarius mercede suâ. boni triturranti non est os obligandum.*

Luc. 10.7.

1. Cor. 9.7. Arist. vbi supra.

Quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit? ἀμίσθων γὰρ οὐδὲν τις ἔρχεται. Nemo potest aliquis Dominus esse eorum quibus nullam mercedem persoluit.

Insectiles campos nolant iuga ferre iuuenci.

Martial. l. 3. Epigr. 150. Prou. 29. 19.

4. *ANIMADVERSIONEM*: *non enim verbis* (tantum, quin etiam verberibus refractarius) *emendatur seruus.* Non leni et frigidâ boni cuiusdam Mitionis, aut Eli Sacerdotis increpatione, *quare facitis res huiusmodi? καὶ γὰρ ἀπειλὰς προσῆκεν ἐχρῆν, καὶ ὀργὰς ἐπιτιμᾶν ἐπὶ τούτοις, καὶ μάστιγας ἐπιθεῖναι. Sicut meliores sunt quas dirigit amor, ita plures sunt quas corrigit timor:* in quos illud Comici quadrat, *tu nisi malo coactus recte facere nescis.*

Quã dixit verbis eum non emẽdari, nõ eum insistè deseri, sed tacitè admonitè vnde debeat emendari.

Aug. Epist. 50. Chrys. adu. vituperat. vitæ monasticæ, l. 3. Aug. Ibid.

Pabula, virga, onera commentum asino; cibaria, castigatio, atque opera seruo.

Siracides. 33. 25

Officia verò seruorum erga Dominos ad duo capita reuocat Comicus, *fidem & taciturnitatem.* Prior peritiam agendorum, & diligentiam in agendis postulat: posterior ad dominorum consilia seu arcana celanda, et infirmitates velandas perneceſſaria est: *nam lingua mali pars pessima serui est.* Atque huc respexit Apelles quum pingens seruum ei attribuit patulos humeros, pedes cerninos, manus omni instrumentorum genere refectas, aures asininas, labra duabus seris clausa.

Iuuen. Sat. 9

Plutarchus aureo suo de liberis educandis libello.

Πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον καὶ τελεω-

τελευταῖοι κεφάλαιοι, ἀγαγὴ σπερμάτια καὶ παιδία τὸ μμως ἐστι. *Vt ergo agricolæ ſtirpibus pedamenta apponunt, ſic probi parentes ac magiſtri accuratis præceptis admonitionibuſque adoleſcentes ſuffulciunt vt recti mores inde germinent.* Et rurſus: *Quemadmodum membra corporis ſtatim ab ipſis natalibus infantis ſunt fingenda, vt recta adoleſcant, neque diſtorqueantur: ita etiam inde ab initio indoles eius informanda eſt. Sicut enim ſigilla facilè mollibus imprimuntur ceris: ſic diſciplina puerilibus adhuc animis inſiguntur.*

Vt à ſuturarium, a ſtirpe frutex, ſic à prima inſtitutione reliqua vita. Quamcunque in parte nouellam plantam flexeris, adulta inclinabit. Puteanus Orat. 9.

Item. *Nonne meritò dixit antiquus ille Crates, ſe, ſi fieri poſſet, altiſſimo vrbis loco conſcenſo proclamaturum:* Quò ruitis homines, qui congerendis opibus omne impenditis ſtudium: liberis verò, quibus opes veſtras relicturi eſtis, curam tam exiguam? perinde ac ſi quis de calceo ſit ſollicitus, pedem nihil curet.

Μεγάλων ἡ ἀρχὴ ἔχει ῥώμην πρὸς τὰ ἐπόμενα. Ariſtot.

Ibidem. *Bona ſenectutis fundamentum in pueritia iacitur. Quemadmodum igitur tranquillo Cœlo adornanda ſunt quæ aduerſus tempeſtatem faciunt: ita in adoleſcentiâ moderationem & temperantiam ad viaticum ſenectuti parandum adhiberi par eſt.*

Idem alibi refert Ageſilaum Lacedæmoniorum Regem cuidam percontanti *quibus in rebus præcipuè pueri inſtitui deberent*, reſpondiſſe, *ij quibus vſuri ſunt cùm ad virilem ætatem peruenerint*: et ſapientiſſimum Solonem ſanxiſſe ne liberi γηροτροφία & ἀντιπελαργίας parentibus deberent, à quibus nihil boni didiciſſent.

In vitâ Solonis. Vide Iunium analytic. explicat. Deut. 21. 18.

Idem de Crasso, initiò vitæ illius.

Assistebat ipse discentibus seruis, attendebat, atque etiam docebat eos, & omninò putabat seruorum, quasi viuorum rei familiaris instrumentorum, præcipuè ad Dominos pertinere curam.

Exod. 18. 21. *Deuter.* 1. 15.

Ex collatione horum locorum septem dotes colliguntur in creandis Magistratibus maximè spectandæ. Requiritur enim vt sint. 1. *Magnanimi.* 2. *Deum timentes.* 3. *Veraces.* 4. *Sapientes.* 5. *Abstinentes à muneribus.* 6. Vt sint *bonæ famæ.* 7. Vt sint *Capita Tribuum*, id est, primores populi, non *de fæce plebis*, quales sacerdotes fecit Ieroboam. Quamuis enim *boni vini*, *& boni viri origo non* sit curiosè *nimis inquirenda*, vt Imperator Ferdinandus dicere solebat: tamen in electione Magistratuũ, cæteris paribus, nobiles illustrique loco nati plebeijs & obscuris præferendi sunt, varijs nec leuibus de* causis. Cæterùm non fuit animus Iethroni vel Mosi omnes hic recensere boni iudicis characteres, sed præcipuorum enumeratione tantùm innuere, quanta diligentia et circumspectio adhibenda sit in electione eorum qui alijs præficiuntur. Nam vt Plutarchus ait fabrum lignarium multò plus operæ positurum in conficiendis tabulis quibus Solonem suas Leges insculpturum sciret, quàm in aratro alioquo plaustroue fabricando: ita sapiens Princeps exactiori iudicio, maiorique curâ vti debet in eligendis

1. Reg. 12. 31.

Reuſnerus in Symbolis Imperat.

* Apud Tiraquellum de nobilitate cap. 20. legendis.

Tract. quod cũ Principibus Philosopho sermocinandum sit.

gendis ijs quibus ſuarum Legum cuſtodiam demandet, quam in alijs quibuſlibet officiarijs. *Ex quouis ligno non fit Mercurius:* Ex quolibet ſtipite non debet fieri Magiſtratus.

Iob.29. 15, 16, 17.

Hic indicantur quinque boni Magiſtratus effecta: quorum tria priora pertinent ad miſericordiam, quartum ad prudentiam, poſtremum ad iuſtitiam. Quas tres virtutes Magiſtratui neceſſarias eſſe exemplo ſuo docet Pſalmographus. Pſal. 101. 1, 2.

Pſal.44. verſ.1. & 78. verſ.3,4,5,6.

Audiuimus auribus noſtris, & Patres noſtri annunciauerunt nobis, &c.

Hoc loco videmus, inquit Muſculus, *quid Patres familias domeſticis ſuis eſſe debeant: nempe domeſtici concionatores: id quod & Deut.6. præceptum eſt; et Paulus exigit vt mulier à viro domi diſcat quæ cognoſcenda ſunt,* 1.Cor.14.35. Vbi *domeſticam catechizationem, & concionum publicarum repetitionem parentibus, præcipuè maritis, Apoſtolus commendat,* inquit Pareus. Muſc. in Pſal. 44 1. Pareus 1.Cor. 14.35.

1.Tim 5.8.

Si quis ſuis & maximè domeſticis in rebus corporalibus & ad hanc vitam ſpectantibus *non prouidet, fidem abnegauit, et eſt infideli deterior*: Si quis autem

Iob non tantum pro corpore filiorum ſollicitus erat, ſed plus de anima cogitabat. Origenes in Iob.lib.1.

autem de ſpiritualibus & ad futuram vitam pertinentibus, iiſdem non proſpicit, non eſt infideli melior, quantumuis de temporalibus prouideat et conſulat. *Nonne enim & Ethnici idem faciunt?* Nonne cum Iacobo pro domo ſuâ operantur? Hos igitur vt antecellat Chriſtianus Pater-familiâs, omnibus ſuis domeſticis benedictiones dextrę & benedictiones ſiniſtræ, irriguum ſuperius & irriguum inferius, rorem Cœli et pinguedinem terræ, quantum in ſe eſt, comparabit.

Gen. 30. 30.
Prou. 3. 16.
Ioſ. 15. 19.
Gen. 27. 28.

FINIS.